

**58**

1017, abril, 27 - mayo, 30

*La condesa Ermesèn adquirió una serie de bienes particulares en Marfà, Monistrol de Calders y Castellar que pagó con mancudos de oro. Más tarde estos mismos bienes pasaron al monasterio de Sant Benet de Bages.*

Montserrat. Archivo de Montserrat. Perg. De Sant Benet de Bages. Vol. X, docs. 1273, 1274, 1275 y 1287 y, carpeta nº 2, nº 133.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 38.

1017, abril, 30

*Ermesèn, condesa de Barcelona, compró el castillo de “Albanus” (Aiguamúrcia-Alt Camp), condado de Barcelona, al matrimonio Guifred de Mediona- Guisla. La condesa pagó 50 onzas de oro.*

A. Vic. ACV, caj. 9, *Episcopologio*. II, nº 28 bis.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona....*, p. 38.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI*. Fascicle primer, Publicacions del Patronat d'Estudis Osonencs. Vic, 2000, ducumento nº 780.

In nomine Domini. Ego Gifredus Midionensis et uxor mea Guisla, femina, uenditores sumus tibi Ermesindi, comitis, emptrici. Per hanc scripturam uenditionis nostre uendimus tibi castrum nostrum quod uocatur Albanus cum ipsa turre et omnibus condirectionibus que pertinent ad ipsum castrum et omnem terram cultam atque heremam, uineas et arbores omnium generum, boschos et garricas, puios et rochas, prouum et planum, fontes et aquas, molindina cum regis et subtus regos, omnia quicquid dici uel nominari possunt que infra substcriptos terminos continentur et sunt. Estque iam dictum castrum cum omnibus rebus sibi pertinentibus in comitatu Barchinonensi, in ipsa marchia. Et aduenit mihi Gifredo per largitionem testationis quam mihi fecit Ermemirus, condam, de Apiaria, uir bone memoriae, unde iuditium obligatum legaliter teneur aeditum sub sacramentuo testium. Et mihi iam dicte Guisla aduenit per meum decimum. Habet enim terminum predictum castrum cum suis apenditionibus, de parte orientis in termine de castro Monte Macello siue in termino de castro Cedema, de meridie habet terminum in ipsa esponda que est ultra riuum qui dicitur Galanus, de occiduo habet terminum in terminio de Capra, siue in termino de Monte Acuto, de circio similiter habet terminum in termino de Monte Acuto. Quantum iste afrontaciones includunt, et prescripti termini ambiant sic uendimus tibi uidelicet predictum castrum Albanus cum omnibus suis pertinentiis et apenditionibus, sicut superius scriptum est. Propter aderatum et definitum pretium uncias .Lta. de auro cocto, quas tu exinde nobis dedisti et nos uinditores recepimus, et ex isto .XIIta. .V. uncias auri ad Ugonem, prolem Ansuli, [.....]s pro eo quod istum castrum Ermemirus condam, qui eum dimiserat mihi Gifredo, in pignorauerat illi per istum iam dictum debitum, et quinque uncias auri que in mea potestate [de isto] precio remanserit coram Bonofilio Marcho iudice et Oliba sacerdote et Gerardo sacerdote et Seneullo, uicario Apiari, et Mirone Durando et aliis multis uiris ad soluendos debitos prescripti Ermemiri, defuncti, usque ad unum denarium dispensauit et dedi. Vero prescripta omnia et predictum castrum que nos tibi uendimus de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate ut facias exinde quodcumque uolueris cum exiis et regresiis earum et cum terminis eius, sicut antiquitus terminati fuerunt et superius inserti sunt. Quod si nos uenditores aut ullus homo utriusque sexus contra istam uenditionem ad inrumpendum uenerimus aut uenerit, non hoc ualeamus aut ualeat uendicare, sed componamus aut conponat tibi predicta omnia in duplo cum omni sua inmelioratione. Et inantea ista uenditio firma permaneat omniq[ue] tempore.

Facta ista scriptura uenditione .II. kalendas maii, anno .XXI. regnante Roberto, rege Francorum.

Sig+num Gifredus Midionensis. Sig+num Guisla femina, nos qui istam scripturam uenditionis fecimus et testes firmare rogauimus. S+ Baronis. S+ Onofredus. S+ Miro de Fabricata. S+ Pontius, cognomento Bonusfilius, clericus et iudex, qui hanc uenditionis scripturam scribano dictaui et huius testis sum, *sss*. Wilelmus leuita *sss*.

*sss* Radulfus, presbiter, qui istam scripturam uenditionis scripsi et subscrispsi et die et *sss* anno quod supra.

S+num Bernardus Ruir. S+num Oudalgarius.

1017, julio, 28

*Ermesèn y Ramon [Borrell], condes de Barcelona, donaron al monasterio de Sant Serni de Tavérnoles, condado de Urgell, una cueva donde había sido construida la iglesia consagrada a sant Salvador, próxima al castillo de Malagastre, para que edificasen sus monjes un cenobio.*

B. Urgell. ACU, Cartulari de Tavérnoles, nº 61, fº 32v-33v. Copia del siglo XIII.

Ed. Soler, Josefina. <<El cartulario de Tavérnoles>>. Documento nº 17, p.54

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 34.

Ed. Baraut, Cebrià. <<Diplomatari de Tavérnoles segles IX-XIII>> en *Urgellia* nº 12, documento nº 43.

In nomine Dei et commemoratione sancte Trinitatis. Ego Raimundus, gratia Dei comes et marchio, simul cum coniuge mea Herminsindis, gratia Dei comitissa, nos simul in unum sub inuiolabili Dei fide eiusque sacra confidencia hanc donacionem domino Deo helegimus facere Sanctoque suo Saturnino cenobio, qui est situs in comitatatu Orgellitense, non longe distante ab eiusdem Sede Sancte Marie, iuxta alueum Valerie, siccuti et facimus. Donamus namque prompto animo ad cenobium prelibato de hoc quod nobis Deus dedit et liberari concessit a contubernia, et a manibus paganorum ipsa spelunca, qui est prope castrum Malagastrum, ut ibi seruientes prelibatum cenobium construant Sancti Saluatoris ecclesiam. Et faciam abbates et monachi presentes et futuri perprisiones longe lateque, per uniuersa ipsarum loca heremis solitudinis, et faciant munificenciis et heremitates reducant ad culturam. Et infra terminis de castro de Alos uel de castro Rubione seu de castro Malagastro adquirant ibi habitatores prelibato cenobio, quantum iuste adquirere possint, et emant de ipsis possessoribus qui in prelibatis castris habitant, quantum illis Deus dederit, et possibile eis fuerit, et de ipsis per prisionibus que iam ibidem factas habent uel future facturis sunt redde adquisitionibus eorum, ipsas decimas consecramus et donamus ad cenobium prelibatum totas ab integre. Facimus enim hoc et concedimus domino Deo et cenobio prelibato ob remedium animarum nostrarum et pro stabilitate prolum nostrorum glorie decus honoris. Quem uero prenotata omnia, prout supra diximus, sic donamus ea omnia ad preciosum martirem sancti Saturnini prefixi et ipsa spelunca prenotata cum ipsis cingulos, cum ipsis gariciis qui super ipsis cingulos sunt. Et de nostro iure in eius contradimus possesione, simul cum exiis et regressiis earum, ut seruientes eius cenobio eos faciant exinde quem admodum agunt et faciunt de aliis munificenciis domui ipsius pertinentibus. Tamen sub manu nostra et fidelitate nostra filiorumque uel posteritas nostra ex genitalibus nostris longe lateque decurrentia Deo protegente in secula.

Facta huius donationis pagina in Barchinona ciuitate in nostra presentia hac procerum nobilium qui subterius sunt roborati et digesti die .V<sup>a</sup>. kalendas augusti, anno . XX. II<sup>o</sup>. regnante Rothberto rege, filium condam Ugoni magni.

Et qui hoc auferri uel uiolari a manu Dei et prelibato cenobio temptauerit, ad nichilum ei proficiat. Conponatque prefixa omnia ad prelibato cenobio in quadruplum, prout sancti patres sanxerunt. Et inantea ista donacione suam in omnibus obtineat roborem.

(Cruz) Raimundus, gratia Dei comes et marchio. (Curz) Ermessindis, gratia Dei cometissa, nos qui ista donacionis pagina libenti anima. Sig+num Guadallus, princeps quochorum. Sig+num Gerallus. Sig+num Marchiallus prolis Mironi. Sig+num Bermundus. Sig+num Guilelmus. Sig+num Francho. Sig+num Witardus Miro *sss*. (Cruz) Berengarius, comes et marchio.

(Cruz) Witardus, sacer, rogatus scripsi et *sss* die et anno quod supra.

## 61

1017, agosto, 7

*Ermesèn, condesa de Barcelona, pidió al abad Oliba que concediera la parroquia de Torelló al noble Gombau de Besora, demanda a la que el prelado accedió.*

A.Vic. ACV, tomo VII de pergaminos, sig. 856, nº 63.

B. Noticia de Moncada, *Episcopologio de Vich*, I. 236.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris de l'abat i bisbe Oliba*. Documento nº 60.

Cum in Christi nomine [uenerabilis et gloriosus antistes Oliba Ausonensem] ecclesiam apostoli [Petri nomine regeret consecratam,] excellentissima [Deique cultrix petente atque presente domina uidelicet Ermesinde,] ac annuentibus clericis, [Torilionensem] ecclesiam Gombaldo [uiro magnifico tribuit, tali scilicet ratione, ut idem] Gombaldus predictam ecclesiam [tunc] inconcusse teneret, [si pro ea sicut promissit beati Petri ecclesie ac presidenti pontifici] digna obsequia exhiberet, et [ut] quemlibet de filiis [suis ut clericus esset in Sede predicta offerret, clericoque effecto] filio mox predictam parochiam concederet, ut tam sumptibus parochie [quam cura paterna dignam Deo obseruare militiam] posset. Quod si absque sui iussu [pontificis clericus ille] alterius [sedis ordinationem susciperet seu possessionem, tunc eius] pontifex cuius sedis dictam parochiam seu aliud quid pos[sideret, funditus] auferendi ei potestatem haberet. At si Gombaldus ipse absque filio predicte sedis clero a luce communi de[cideret], nihilominus eandem parochiam antistes assumeret, et ecclesiastico suoque iuri pariter et dominio reformandi licentiam indubitata per omnia possideret.

Facta est carta conuentionis, Dominice Incarnationis, anno millesimo nono decimo, anno quoque regni Rotberti regis francorum [.XXII.] .VII. idus augusti.

Guibertus, grammaticus, scripsit die et anno quod supra.

## 62

[1017, septiembre, 8 - 1018, febrero, 24]

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], menor de edad, condes de Barcelona, quedaron al margen en el juramento de fidelidad y vasallaje que Pere Roger, obispo de Girona y hermano de la condesa, prestó a Borrell, obispo de Osona.*

A. Vic, ACV. Caj. 9, *Episcopologio*. II, nº 28.

Ed. Villanueva, *Viage literario...*, tom VI, ap. XXIII, pp. 288-289 (*circa annum MXIII*), ex. A.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI*. Fascicle primer, Publicacions del Patronat d'Estudis Osonencs. Vic, 2000, ducumento nº 790.

Iuro ego Petrus, episcopus, filius qui sum de Adaliazo, comitissa, ut de ista ora inantea non dezere te Borrello, episcopo, filius qui fuisti de Ingilrada, femina, de tua uita nec de tuis membris neque de tuum episcopatum neque de tuos feudos neque de tuos alodes neque de tuos castellos quos odio abes et inantea cum meo consilio adquisieris, de ista omnia suprascripta ne ten dezere ne ten tolre ne no to tolre, nec ego nec alias omo nec femina, per meum ingenium nec per meum assensum neque per meum consilium. Adiutor ero ego Petrus, episcopus suprascriptus, a te suprascripto Borrello ista omnia suprascripta, simul cum ipsa abbadia Sancti Felicis Ierunda, ad abere et atenere contra omnes omnes uel feminas, ominem uel feminam, qui a te suprascripto Borrello tollere uoluerint aut uoluerit, tulerint aut tulerit, de ista omnia suprascripta, exceptis Ermesindis comitissa et filio suo Berengario. Et ego Petrus suprascriptus si o tenre et o atenre sicut suprascriptum de me quod ego teneam ad te Borrello suprascripto sine malo inienio aduersum te et sine ulla tua deceptione. Et iuro ego Petrus suprascriptus a te Borrello suprascripto ut de ista prima adobertura que mihi adobrira de terra [in comotatu] Ierundense, ego suprascriptus Petrus a te Borrello suprascripto ualent [...] aut amplius de ipsa parrochia de Caio[...] [a te] Borrello suprascripto. Et istum sacramentum suprascriptum el tenre et o atendre a te Borrello suprascripto sine malo inienio et sine tuo inganno et sine tua decepcione.

Hi com in isto pergamo est scriptum o tenre et o atendre ego Petrus a te Borrello fors quant men solueras sine forcia.

**63**

1017, septiembre, 8

*Ermesèn, viuda de Ramon [Borrell], conde de Barcelona.*

Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...,* p. 38.

1017, octubre, 5

*Ermesèn y Ramon [Borrell], condes de Barcelona, compraron a Senegunda y a su hijo Isnard el alodio de “Castellare” (Castellar de Vallès), situado en los términos de Terrassa y el castillo de Castellar, a los pies de la montaña de Sant Llorenç del Munt. Los condes pagaron 150 onzas de oro.*

B:Barcelona. ACA, Monacales, carp. 1, nº 74. Copia finales siglo XI, principios del XII.  
 Ed. Vergés, *Història de Castellar* 25-26 nº 2 (publicado en 1974, ms. de 1872: da el año 1010 y traducción del documento; cita el original perdido y la copia, del Archivo de la Corona de Aragón).  
 Montserrat. Archivo Abadía de Montserrat, *Speculo* 8 (Castellar) nº 1.  
 Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. II, documento nº 168.

In nomine Domini. Ego Senegundis et filio meo Isnardo, nos simul in unum uinditores sumus uobis Raimundus, gracia Dei comes, filium condam Borrelli, et coniux tua Ermesindis, comitissa, proliis Raudegarii comiti, emptores. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis alaudem nostrum proprium que uocant Castellare, id sunt, casas cum curtes, terras et uineas cultas et er[mas], casalis cum casaliciis, cum ipsum castrum, ortis, ortalibus, molinis et molinariis cum regos, et caput regos, et subtus regos, siluis et garris, pomiferis et glandiferis, pascuis cum ipsis pascuariis et ipsas rocchas que sunt infra termine de prefato Castellare, nostrum proprium quod habemus in comitatu Barchinonense in terminios Terracia uel de predictum Kastellare, subtus domum Sancti Laurencii qui est situs in sumitate moncium. Aduenit nobis prefata Senegundis femina per mea comparacione uel per meum decimum siue per omnesque uoces et ad me predicto Isnardo per genitori meo uel per omnesque uoces. Et affrontad predicto alaude in terminio de Tegores et de Sancti Minati et iniungit se usque in castrum Guanta et peruadit usque ad kastrum Galiffa, de meridie in ipsa strada qui exiit de Riopullo et uadit per ipso prado usque in Cannedo ad ipsa mansione qui fuit de Guifredi et est hodie de filio suo Sunario siue per ipso termine de Rio Rubio usque in ipso termine de Ullastrello, de occiduo in rio de Masurgs et iniungit se per ipsa silua de Gallano usque in Era Ventuosa et usque in castrum Petra, de circi in terminio de Nespo[la] uel ad ipsa Elzina de Bono Miro et in ipsis t[ermi]nos de Granera uel de Lacera usque in castrum Gallifa. Quantum istas affrontaciones includunt sic uindimus uobis prefatos totum ab integrum quantum ibidem habemus uel habere debemus per qualicumque uoces, exceptus ipsum pignus quod nos tenemus de Sancti Cucufati cenobii, id est, ipsa ecclesia de Sancti Felicis. Hec omnia predicta uobis uindimus totum ab integrum cum solo et superposito, parietes, gutas et stillicinios, cum exios et regresios earum ad uestrum plenissimum proprium in propter precium uncias .C.L. de auro cocto placabiliter ad penso legitimo, quos uos emptores omne hec precium nobis dedistis et nos de presente ab integrum illum recepimus. Et est manifestum. Et ut predicta hec omnia que uobis de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate ab omni integritate, ut quitquid exinde facere uel iudicare uolueritis, liberam in Dei nomine plenam abeas potestatem. Quod si nos uinditores aut alicuiusque uiuentis homo utriusque sexus uenerit et hanc scripturam uindicionis disrump[ere] uoluerit tibi quemlibet modo quandoque tempore, non hoc ualeat uendicare quod petierint, sed componant illis uobis aut nobis uobis componamus hec omnia predicta que uobis uindimus in

duplo cum omne illorum inmelioratione, et inantea ista cartula uindicione firma et stabilis permaneat modo uel omnique tempore.

Facta ista uindicione .III. nones october, anno .XXII. regnante Raudberto rege.

Sig+num Senegundis, femina. Sig+num Isnardo, nos predicti pariter que ista uindicione fecimus et firmauimus et testes firmarique rogauimus. Sig+num Adalazis, femina. Sig+num Ermesendis, nos qui ista uindicione consentimus et firmauimus ipsum nostrum alaude quod habemus uel habere debemus in suprascriptis terminis. *Sss* Seniofredus.

1017, octubre, 11

*Ermesèn presidió junto a su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, nobles, obispos y gente del común el juicio donde Guitard, abad de Sant Cugat del Vallès, denunciaba a Seniofred, vicario de Rubí, por la apropiación indebida que éste hizo de un alodio situado entre los términos de Terrassa, Cerdanyola y “Aqualonga” (Valldoreix).*

B. Barcelona. ACA, Monacales, San Cugat, nº 137. Copia de 1421.

Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat..., vol. II*, documento nº 470.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona..., p. 42*

Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte..., p. 219.*

In Dei nomine. Ego Ermesindis, comitissa, et filius meus Berengarius, marchio, comes Barchinone, essemus adfuit ante nos Guitardus, abbas Sancti Cucuphati cenobii Octauiani proclamas de quodam procere nostro Seniofredo Riorubensi eo quod iniuste retinebat alaudia que iure debebant [esse] Sancti Cucuphati. Vnde nos, collectis nostris primatibus, uidelicet Deusdedit episcopo Barchinonensi., et Odolardus uicecomite huius ciuitatis, et Raimundo Montecathano ..... et Ugo Ceruilionensi, Gondeballo Bisorens, Ermengaudo episcopo Orgellitane, [sedis, necnon et Raimundo, comite Palliarensi, cum multis aliis idoneis uiris, necnon et ]Oliagario, abbate Sancti Felicis [Gerunde] et Seniofredo Barale et Mirone Ostolensi [comitante illico totum uulgi mira multitudinis legaliter audiuimus eos dirimentes] nostro iudice Bonofilio Marcho causas negotiorum; sed dum iuste discuteremus hoc negocium, [protulit iam dictus abbas scripturas.....confectas; unam uenditionis] quam Seniofredus iste causator fecerat Odoni, abbatи Sancti Cucuphati predecessorи suo, [ex alaudimus cuiusdam Filmere, femine, unde intentio erat inter illos, et alteram] donationis quam hec Filmera, femina fecit domino Deo et sancti Cucuphati [martiris ex omnibus alaudibus que habebat intra terminos de castro Riorubei, unde iste Seniofredus noster] uicarius erat. Et enim ex istis scripturis patuit quia quid ex alaudibus iam dicte Filmere, femine, [fuit totum incunctanter uiris ecclesie Dei sanctique Cucuphati est secun]dum ordinationem nostrarum Legum Gotharum. Proinde cum ad fines legitimos hoc [negocium ductum fuisse et Seniofredus iam dictus uictus] legaliter extiterit, non habens quid uocis sue iuste proponeret, uisum fuit nobis consulentibus nostris suprafactis idoneis proceribus, ut hec que [sancta Dei ecclesia adquirebat in] nostra comutacione, acciperemus et alaudia nostra seu fiscales res que subter terminatas prememinate ecclesie Sancti Cucuphati daremus ne intencio moueretur inter seruientes sancte Dei ecclesie et hunc iam dictum uicarium primatumque nostrum siue illius successores propter hoc quod hec alaudia que usque nunc iniuste tenuit Seniofredus intra castellaniam predicti castri Riorubei sunt inmutatim diuisa, sicuti prompto animo damus et facimus. [Donamus namque domino Deo et ecclesie Sancti Cucuphati alaudia nostra seu nostras res] fiscales que habemus in comitatu Barchinonensi, in termino de Riorubio [et de Terracia et de Cerdaniola, et de Cercitulo et de Aqualonga usque ad ipsam aquam] de Canalibus sicut in his affrontationibus continetur. Afrontat autem, de parte orientis[ in Vallesica et sic graditur terminant usque ad Montem Gallinarum, et de parte] meridiei afrontat in strata Calciata et sic pergit usque ad ipsam aquam de Canalibus, [de occiduo autem in medio flumen Riorubei, et de circi in ipsa serra ubi et ipsa casa Morene, femine, et sic graditur usque ad

ipsum Mugalem et usque ad Sancti Quiricum. Quantum iste afrontaciones includunt [et isti termini ambunt, id est,] de ipsa aqua de Riorubio usque ad transactas supradictas afrontaciones, excepta paralita de terra et insula que est ad Sancto Petrum, [uidilicet terras] cultas et heremas, casas et curtes, casalibus atque curtalibus, arbores omnis generis stirpes, aquas, petras, [paschua, molina et molinaria, cultum et incultum, quic]quid dici uel nominari potest, quod sit de ipso feuo de Riorubeo et de ipso alode de Filmera, simul cum [ipso mulino et orto et terra quod fuit de Filmera iam dicta et de] Richilde et de Bernardo filio suo, sic donamus domino Deo et ecclesie Sancti Cucuphatis cenobite propter alia sua alaudia [sicut.....que fuerunt Guitardi abbatis] que nos iam recepta habemus in nostra potestate, sicut in nostra comutacione resonat et de nostro iure [in iure et dom[inio.....] ut seruientes ipsius faciant exinde sicut et de aliis rebus ecclesiasticis faciunt [seruitia atque oblaciones siue censum que... prescriptis alaudibus..... rint pro suo iure] deffendant et exinde quod uoluerint faciant . Quod si nos comutatores aut aliquis homo utriusque sexus contra istam comutationem uenerimus] aut uenerit ad inrumpendum non hoc ualeamus aut ualeat uendicare, sed componamus aut componant predicte [ecclesie hoc quod illi comutatione donamus] in duplo et hoc firmum permaneat omnique tempore.

Facta fuit hec comutacio .V. idus octobris, anno .XXII. regnante Roberto, rege.

(Cruz) Ermesindis, gratia Dei comitissa, nos qui hanc comutacionem fecimus et firmare rogauimus; S+m Seniofredus Barales, qui uictum recognoscens in supradicti negotiis causis huic comutacioni et testes firmare rogauimus et annui. S+m Guillelmus de Montaniola.

[1017], noviembre, 12

*Ermesèn, condesa y viuda del conde Ramon [Borrell] actuó, junto a otros magnates, como ejecutora de su difunto esposo. Donó a la iglesia de Sant Pere de Vic el alodio de “Socarrados” (Socarrados), localizado en Sallent de Bages, próximo a Santpedor, tal y como había sido dispuesto por el conde de Barcelona en su testamento.*

[A]. Original perdido.

B. Vic, ACV, caj. 37, *Liber dotationum antiquarum*, ffº. 138v-139, ex O. Rúbrica: <<Hec est carta honoris de Socarratis>>. Copia de hacia 1217.

Ed. Junyent. *Diplomatari i escrits*, doc. 57, pp. 84-85, ex A.

C. Barcelona. BC, Ms. 729, Vol. 11, fº 103, documento nº 227.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona....*, pp.38-39.

Cf. Aurell, Martí. <<Jalons pour une enquête...>>, p. 317.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. (Segle XI)*. Fascicle I. Documento nº 797.

In Dei eterni nomine. Ego Ermessindis, comitissa, et Amato de castro Surice et Sunifredo de Rio Rubio, Gondeballus de Besora, Lobeto de Celra, nos simul in unum qui fuimus elemosinarii aduocati de condam Remundo, comite et marchio, donatores sumus Domino Deo et canonica sede Sancti Petri Ausonensis ipsum alodem in loco que dicunt Socarrados, id est, domos cum solos et superpositos et curtes et ortos et terras et uineas, cultas uel eremas cum arboribus et tonnas et cubos, simul cum ipsa turre. Et aduenit nobis hec omnia per uoce elemosinaria uel manumissoria de predicto comite, quod nobis instituit in suo testamento quod fecit uel roborauit in sua sanitate, in sua loquela et memoria integra. Vnde nos iudicium obligatum habemus infra metas temporum aserie condiciones ordinante iudice. Et est hec omnia in comitatu Ausona uel Monorisa, in iam dicto loco Socarrados uel in termino de Salente. Qui affrontat predicta omnia de oriente in termino de Salente, de meridie in alode Sancti Benedicti cenobii, siue in alode de Enego, uel de Figerola, de occiduo in rio de Auri, de circii similiter in rio de Auri uel in suma serra de Sallente. Quantum iste affrontaciones includunt, sic donamus Domino Deo et canonica Sancti Petri Vico, ut ab odierna die inantea maneat consecratum uel firmatum in ipsa canonica, simul cum exiis et regressiis earum et terminos et affrontaciones. Et ego Berengarius, gratia Dei comes, iam quattuordecim annos expletos, confirmo et concedo omnes meas uoces ex hoc alode ad opus iam dicta canonica pro Dei amore et remedium anime patris mei et mea. Quod si nos donatores aut ulla persona hominum qui aduersus hanc donationem uenerit ad inrumpendum, societatem tocius christianitatis perdat, et predicta omnia in quadruplum restituat ad munificencie ipsius canonice, et inantea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione .II. idus nouembris. Anno [.XXII.] regnante Roberto rege.

Sig+num Ermessendis, comitissa. Sig+num Amato. Sig+num Sunifredo. Miro Ostolensis S+. *Sss* Odolardus, uicescomes. Sig+num Geribertus, qui ista donacione fecimus et firmare rogauimus.  
*sss.*

Sig+num Berengarius, gratia Dei comes *sss* et marchio.

Hichilane, sacerdos, qui hanc donacione scripsi et *sss* die et anno quo supra.

1017, noviembre, 29

*Ermesèn, condesa de Barcelona, en compañía de su hijo el conde Berenguer [Ramon I] y de Pere, obispo de Girona, proponen a Sunyer, monje de Sant Pere de Galligants, Girona, para que ocupe el lugar del desaparecido Guitard, abad de Santa Maria d'Amer.*

[A]. Original perdido.

B. Copia del s. XIX realizada por el monje de Ripoll Roc d'Olzinelles.

Ed. Villanueva, J. *Viage literario..., T. XIV*, ap. 23, pp. 311-313.ex A.

Ed. Flórez. *España sagrada*. Vol. XLV, p. 329, ex A.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona..., p.46.*

Ed. + Pruenca i Bayona, Esteve. *Diplomatari de Santa Maria d'Amer*. Documento nº 18.

Verus Christus Iesus, in terris degens, per cosmi alumnos misit duodecim climata, ut gentilium corda que errores raptabatur, per uarios atque per deuia ad fidei rectitudinem trahentem, atque ad Christi industriam. Ipsi uero, toto iusu conata sunt a zabulorum eos euellere, supplicia et lauacris salutaris abluere, ut purificati ab hidolorum spurcia, atque operante Christi iusticia posset permanere in ciues eterea. Quos inde accensi nonnulli roborati uirtute Spiritus Sancti linquentes predia, substancia atque cuncta alternatim duxere uitam per quam possint adipiscere perhennem mensuram. Ergo multi soli placere studentes, in tuguriis ospitia habentes, cum celicolis adepti sunt regni celestis. Quocirca noster Theosophus, gratia et nomine aeiui uitam deserens huius, amplectens deserta, soli Deo uacare studens, Angelis notus, hominibus incognitus, Dei lucerna super candelabrum, posita quatinus qui in domo sunt luceret, .XII. monasteria construens, duodenos monachos deputans, per unius cuiusque Patres constituit uitamque monasticham indidit. Vnde nonnulli eius amplectentes uestigia studuerunt construere monasteria sua in presidia. Ergo namque a fidelibus uiris monasterium Sancte Marie, dudum in ualle Amerensi constructum, in regulis artis ibidem degentibus lex constituta est quorum, inibi nouimus extitisse, et eundem cenobium strenue rexisse domino Raimundo abbe, quem ab hac luce subtractum, et inter agmina paradisi collocatum, interim annuente domno Raimundo inclito marchione eiusque coniuge domna comitissa, successit in eodem cenobio egregium uirum domno scilicet Witardo, uenerabilis archipresbiter qui aliquid per tempora tria annorum spacia eadem rexit monasteria secundum sue mentis scientia, qui presidebat tunc temporis que in sede Gerunda celebrata est concilia in quo adfuere episcopi nocnon abbati et diuersi generis quamplurimorum. Multas denique inibi dirimentes causas et quod uidebatur ineptum traere nitebantur ad rectum consilium, concedentibus namque et conloquutionibus audientes quomodo erat erga monasterium adiudicauerunt dishonestum esse atque potestati subiacere peccatum ut monachi sub lege et ordine Sancti Benedicti degentes ut maneant sine patrono qui ordinem ac vestigia simul cum illis ducat communem uitam atque minime esse sub tali potestate qui ordinem et uitam ducant alternatim et non commune sicut beatus Benedictus edocet eniumuero competit episcopo uel abbati exorare dominum Petronem Sancte sedis Gerundensis alme uirginis Marie episcopum una cum clero sibi commisso ut rogasset atque optasset domna Ermessindis, gratia Dei comitissa, necnon et eius filio inclito marchione Berengario, ut talem ibidem pastorem delegassent qui eisdem ducatum prebuisset ad uitam, et atquieuit comitissa necnon et eius filio atque omnes Gerundensium proceres eorumque preces, annuente domno Witardo egregio archipresbiter, elegerunt

monachum nomine Suniarium ex Sancti Petri cenobio, moribus pudicum, sapiencie sale refertum, scientem proferre de tesauro intimo cordis sui ea que sunt Noui ac Veteris Testamenti ac domno Berengario inclito duci eum obtulit domno Adalberto egregio presuli ad benedicendum per iussionem domno Petrono episcopo ut consecratus a domino Ihesu Christo auctoritas ista ei supplementum tribueret ad prefatum regendum iam dictum monasterium.

Acta sunt hec autem .III. kalendas decembris imperante domino nostro Ihesu Christo, anno Trabeacionis eiusdem millesimo .XVII. indicione.

Adalbertus, episcopus. Ermesindis, gratia Dei comitissa. Berengarius, comes. Blidgarius, abba. Abo, monachus. Soniofredus, monachus. Petrus, monachus. Durandus, monachus. Arnaldus, monachus. Arnallus, monachus ac sacerdos. Eldemarus, monachus. Guilielmus, monachus. Geraldus, monachus. Soniofredus, monachus. Raimundus, monachus. Petrus, sacerdos ac monachus.

[c.1018- c.1023]

*“Conuenientia” entre Ermengol [I], conde de Urgell, y Berenguer [Ramon I], conde de Barcelona, donde ambos no reconocían, en tierras del condado de Girona, la autoridad de la condesa Ermesèn.*

A.Barcelona. ACA, Cancilleria, pergs. Berenguer Ramón I, carp. 8, extrainventario nº. 2.001.

Ed. a. Zimmernann, *Sociétés*, doc. 5, p. 175-186 (*traducción al francés*).

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 177.

Haec est conuenientia quae facta est inter Ermengaudum et Berengarium, utrosque comites, ut sit Ermengaudus prescriptus homo comendatus manibus proprias Berengario suprascripto, et iuret illi fidelitatem et adiutorium super cunctos homines aut feminas, hominem aut feminam, exceptis Bremundo uicecomite et fratre eius [Eri]ballo, unde suprascriptus Berengarius comunra iam dictum Ermengaudum per se ipsum aut per suos missos aut missum, et ut prescriptus Ermengaudus non se uetet comunire, et istum adiutorium sine enganno faciat ad iam dictum Berengarium. Et pignoret ad Berengarium iam dictum ut in sue fidelitate stet et hominatico, sine enganno de iam dicto Berengario. Et sint ipsa pignora Borrellus de Tarauallo cum suis honoribus quos tenet comitalibus et Guilelmus de Mediano similiter et Raimundus Guilelmi de Loberola similiter et Arnallus de Tosto cum suis honoribus, uidelicet Petram Molam cum suis terminis et castrum de Montagnono cum suis terminis. Et tam longes sint ista pignora in pignus Berengarii predicti usque Ermengaudus iam dictus habeat solidos Mamacastrum et Alos et Rubionem et Malacastrum et Artesam. Et tunc quando predictus Ermengaudus habuerit hoc totum solidum, mittat hanc terram, cum predictis castris omnibus et cum ipsis hominibus qui haec tenuerint, in pignus ad iam dictum Berengarium infra ipsos primos quinquaginta dies quibus aurà suprascriptus Ermengaudus hanc terram et haec castra solida, si Berengarius hoc recipere uoluerit. Et si haec non fecerit supradictus Ermengaudus ad iam dictum Berengarium infra suprascriptum terminum L dierum, incurvant haec pignora supradictus scilicet Guilelmus et Borrellus et Raimundus Guilelmi et Arnallus de Tosto, cum omnibus supradictis illorum honoribus comitalibus quas tenent, in potestatem iam dicti Berengarii, ad suum proprium alode. Et supradicti homines qui tenent supradicta pignora tendant cum ipsis pignoribus supradictis ad Berengarium supradictum, sine enganno de suprascripto Berengario et sine dono de auere quod illis faciat propter hoc iam dictus Berengarius, faciant hoc infra ipsos primos XXX dies quos scierint quod sint ista pignora encurgussuda in potestatem predicti Berengarii, si in prescripto Berengario hoc non remanserit. Et isti omnes homines supradicti per sacramentum confirmant Berengario predicto ita se esse facturos ad illum de istis pignoribus supradictis quae illi per manum comitis Ermengaudi retinent, sicut superius scriptum est, de isdem istis pignoribus supradictis. Similiter faciant si unum aut duos aut tres de istis hominibus aut omnes ante mori contigerit ipsi qui post illos aut ips[um] tenuerint aut tenuerit haec pignora ad Berengarium supradictum, sicut suprascriptum est de istis pignoribus. Et hoc totum faciant isti aut ipsi homines ad Berengarium supradictum sine ullo enganno. Et si supradictus Ermengaudus mi[serit] Mamacastrum et Alos et Rubionem et Malacastrum et Artesam, sicut suprascriptum et

definitum est, quod faciant [in] pignus ad Berengarium iam dictum, sine enganno de iam dicto Berengario, infra supradictum terminum quinquaginta dierum de ipso die inantea, supradicta pignora, id sunt, Borrellus cum ipso honore comitali ad integrum et Gilelmus cum suo honore comitali ad integrum et Raimundus Guilelmi similiter et Arnallus de Tosto cum predicto honore comitali stent in pignore iam dicta Berengarii, ut supradictus Ermengaudus stet in fidelitate et hominatico iam dicti Berengarii et ut istam omnem conuenientiam illi teneat. Et iurent ipsi homines qui tenuerint aut tenuerit supradictos castros Mamacastrum et Alos et Rubionem et Malacastrum et Artesam ut si Ermengaudus comes mortuus fuerit sine filio de legitimo coniugio qui teneat comitatum Orgellitanum, mittant hos castros Mamacastrum et Alos et Rubionem et Malacastrum et Artesam in potestatem iam dicti Berengarii aut, si Berengarius prescriptus mortuus fuerit, in potestatem filii sui cui predictus Berengarius testatus fuerit Barchinonam ciuitatem, infra ipsos primos quinquaginta dies infra quos scierint quod Ermengaudus predictus sit mortuus, et hoc faciant sine engan de predicto Berengario aut de supradicto filio suo et sine donito de auere de predicto Berengario aut filii supradicti. Et si Ermengaudus supradictus, post mortem suam, reliquerit filium de legitimo coniugio, si iste filius Ermengaudi, cui prescriptus Ermengaudus testatus fuerit comitatum Orgellitanum, noluerit esse et non fuerit homo predicti Berengarii aut filii supradicti cui testatus fuerit predictus Berengarius Barchinonam ciuitatem, infra ipsos primos centum dies quibus Berengarius predictus hoc recipere uoluerit aut filius suus supradictus, homines aut homo qui tenuerint aut tenuerit supradictos honores et castella, que accipit predictus Ermengaudus per feuum de manu Berengarii iam dicti, tendant siue tendat ad Berengarium supradictum aut ad filium suum cui Berengarius predictus dimiserit Barchinonam ciuitatem, et liberent haec omnia in potestatem predicti Berengarii aut filii sui predicti, si iam dictus Berengarius mortuus fuerit. Et hoc faciant infra primos L dies qui fuerint post centum dies predictos infra quos filius supradicti Ermengaudi, sicut suprascriptum est, debet esse homo predicti Berengarii aut filii supradicti, sine engan predicti Berengarii aut filii sui predicti. Et si contigerit mori supradictum Berengarium uiuente Ermengaudio, suprascriptus Ermengaudus, infra ipsos primos centum dies quos fuerit mortuus Berengarius predictus, sit homo commendatus de filio prescripti Berengarii cui iste Berengarius testatus fuerit Barchinonam ciuitatem, si predictus filius Berengarii recipere uoluerit hoc. Et tale sacramentum faciat predictus Ermengaudus ad ipsum quale fecit ad patrem suum Berengarium predictum, et talia pignora illi mittat qualia ad patrem suum predictum Berengarium misit, ut stet in fidelitate et hominatico supradicti filii de Berengario, si ipse filius Berengarii ipsum supradictum feuum dederit ad iam dictum Ermengaudum, quale Berengarius supradictus dedit ad predictum Ermengaudum et in ipsis conuenientiis resonat, die quo supradictus Ermengaudus commendauit se ad predictum Berengarium. Et quando fuerit ipsius aetatis quo possit sacramentum facere, predictus filius Berengarii faciat tale sacramentum ad predictum Ermengaudum quale predictus Berengarius, peter suus, fecit ad predictum Ermengaudum. Et si hoc facere noluerit supradictus Ermengaudus infra supradictum terminum centum dierum supradictum, feuum et honores quod Berengarius dedit iam dicto Ermengaudio et ille eum recepit, sicut suprascriptum est, sit solidum et liberum, ueniat in potestatem filii supradicti Berengarii cui iste Berengarius testatus fuerit Barchinonam ciuitatem. Et hoc per sacramentum confirment supradicti homines aut homo qui tenuerint aut tenuerit supradictos castros Mamacastrum et Alos et Rubionem et Malacastrum et Artesam quod ita hec omnia libera et solida deueniant, sicut suprascriptum est, et ita ipse aut ipsi in potestatem iam dicti filii Berengarii mittant haec omnia infra primos L dies qui fuerint post centum supradictos dies infra quos supradictus Ermengaudus debet esse homo commendatus iam dicti filii

Berengarii, sicut suprascriptum est, sine engan de filio predicti Berengarii iam dicto et sine dono de auere quod exinde illi requirant. Et si supradictus Ermengaudus mortuus fuerit et filium de legitimo coniugio non reliquerit, omnes comitatus et omnis terra et omnis episcopatus istius comitatus et supradictam terram et castros que Berengarius predictus dedit ad Ermengaudum iam dictum, remaneat ad Berengarium suprascriptum aut ad filium suum ad proprium alodium. Et si Ermengaudus iam dictus reliquerit filium de legitimo coniugio post mortem suam infra aetatem uiginti annorum, ipse filius Ermengaudi predicti remaneat cum omni supradicto comitato Orgellitano et terra in baiulia et tuitione predicti Berengarii aut filii sui post mortem eius. Et si de supradicta conuenientia abstraxerit se Ermengaudus predictus aut filius suus iam dictus et non emendauerit hoc ad Berengarium iam dictum, aut post mortem eius ad filium suum non emendauerit hoc quod illi filio suo forasfecerit de supradicta conuenientia infra primos LX dies quos exinde comonitus fuerit ipso Ermengando non se uetante comunire aut si se ex hoc uetaverit comunire, supradictus Ermengaudus incurrit supradicta omnia pignora quaecumque in hac conuenientia scripta sunt ad proprium alodium in potestate et iure iam dicti Berengarii comitis aut filii sui iam dicti. Et Berengarius supradictus iuret ad iam dictum Ermengaudum suam uitam et sua membra et suum comitatum de Orgello et suum feuum et suum alode et castella quod hodie habet et inantea, per consilium iam dicti Berengarii, acaptarà, et iuret illi adiutorium super cunctos homines aut hominem, feminas aut feminam, exceptis Bremundo uicecomite et fratre suo Eriballo, unde supradictus Ermengaudus lo comunrà per se ipsum aut per suos missos aut missum, et istum adiutorium, sine engan, lo li facà et communire exinde non se uetet. Et det supradictus Berengarius ad Ermengaudum iam dictum per feuum ipsos castros Mamacastrum et Alos et Artesam et Rubionem et Malacastrum et ipsorum terram et pertinentias et ipsum episcopatum de sede Sanctae Crucis Barchinonensi ad integrum, quantum ad hunc episcopatum pertinet, et ipsum castrum Erprugnanum cum suis terminis, exceptus ipsam staticam comitalem, et ipsum uicecomitatum de Barchinonensi comitatu, et ips[o]s honores comitales qui fuerunt per feuum Bonifilii Ugonis, et ipsos honores comitales quos Gitardus Arnallus tenet, excepto castro Clerano, et ipsos honores comitales quos Bernardus Bardinae tenet. Et Deusdedit, episcopus Barchinonae, et Gilabertus Odolardi et Gitardus Arnalli et Bernardus Bardin[ae] et unus ex filiis qui fuerunt Ugonis, salua fidelitate predicti Berengarii, sint homines iam dicti Ermengaudi et accipient predictos honores per manum eius, salua fidelitate Berengarii supradicti, et fidelitatem huic Ermengando iurent, salua similiter fidelitate iam dicti Berengarii. Et si Deusdedit predictus mortuus fuerit, electio ipsius episcopi qui tenuerit Barchinonensem episcopatum sit iam dicti Berengarii, et donum et uestitio predicti episcopatus sit iam dicti Ermengaudi, cum medietate omnium rerum quae datae fuerint pro predicto episcopatu. Et det supradictus Berengarius ad supradictum Ermengaudum ipsam dominicaturam comitalem quae est infra terminos castri Erpruniani, exceptus ipsam staticam comitalem, et de hoc quod modo habet iam dictus Berengarius in Minorisa, det supradictus Berengarius ad iam dictum Ermengaudum ipsam medietatem. Et inantea quando aliud habuerit ibi adquisitum, similiter det illi ipsam medietatem infra ipsos primos centum dies, si Ermengaudus hoc recipere uoluerit, sine engan de Ermengaudi iam dicto. Et quando habuerit predictus Berengarius Gerundensem comitatum solidum de potestate Ermessindis comitissae, det Berengarius ad Ermengaudum iam dictum liberam terram centum modiorum frugum et fructum ad mensuram de Gerundense, sine enganno iam dicti Ermengaudi. Et comedet supradictus Berengarius ad iam dictum Ermengaudum uicecomitem cum ipso honore quod habuerit in comitatu Gerundensi per manum comitis aut Arbustum Amatum cum suo honore comitali quem tenet. Et Berengarius

comes donet ipsam espadam cognominatam Tizonem ad Ermengaudum comitem iam dictum, in tali conuenientia ut Berengarius supradictus comes donet propter ipsa espadam Ermengaudo comiti quinque milia solidos de argento Kacimi de Ispania aut centum uncias auri aut in rebus aliis ualentibus supradictos quinque milia solidos aut centum uncias auri, et Ermengaudus reddat ipsam espadam predictam ad Berengarium predictum aut ad eius supradictum filium aut ad predicti Berengarii missum, sine engano predicti Berengarii. Et de hac re Ermengaudus predictus dicat ad Berengarium iam dictum suum dictum firmissimum. Et si non potuerit habere Berengarius iam dictus ipsam espadam predictam, donet et modo et statim ad Ermengaudum iam dictum duo milia solidos de argento Kacimi de Ispania aut duo milia solidatas in re ualente predictum argentum ad precium Deudsedit episcopi et Gilaberti Odolardi et Arnalli Mironis et Bonefilii Sancii, et de aliis solidis qui remanent det iam dictus Berengarius predicto Ermengaudo mille solidos predicti argenti aut mille solidatas ualentes predictum argentum ad festam sancti Mikahelis primam uenientem, et alias mille solidos aut mille solidatas predictas ad festum sancti Martini, et alias mille solidos predictos aut mille solidatas predictas ad festiuitatem Natiuitatis Domini. Et de istis quinque milia solidis aut solidatis predictis donet a[tque] mitt[et] predictus Berengarius pignora ad iam dictum Ermengaudum ipsum directum et [...]proclamat habere in Mamacastro et in Alos, sine enganno Ermengaudi supradicti, ut incurrat hoc ad proprium alodium in potestate iam dicti Ermengaudi, [si iam] dictus Berengarius non impleuerit [ad] supradictos terminos ad Ermengaudum iam dictum, sine enganno, supradictos quinque milia solidos aut quinque milia solid[atas] suprascriptas. Et mittat supradictus Berengarius in pignus ad iam dictum Ermengaudum Mironem Geriberti, cum predicto honore comitali, et unum de filiis Ugonis, cum ipso honore comitali qui fuit Bonifilii Ugonis, et Gitardum Arnalli, cum suo honore comitali, exceptus castrum Cleranum, et Bernardum Bardine similiter, cum omni suo honore comitali quem tenet et detenet, et ipsum directum quod predictus Berengarius proclamabat habere in castro Alos et in Mamacastro et in Rubione et in Artesa et in Malacastro, in tali conuenientia ut predictus Berengarius teneat atque impleat ipsum sacramentum et ipsum donum quae facit ad supradictum comitem Ermengaudum, sine enganno predicti Ermengaudi. Et si de ista conuenientia exierit predictus Berengarius et non tenuerit eam, emendet hoc quod forasfecerit ad predictum Ermengaudum infra ipsos primos quinquaginta dies, infra quos, propter hoc, supradictus Ermengaudus, per se ipsum aut per suos missos aut missum, comunrà predictum Berengarium; et Berengarius communire non se uetet, si Ermengaudus supradictus recipere uoluerit ipsam emendam. Et si predictus Berengarius hoc non fecerit infra supradictum terminum, si Ermengaudus hoc recipere uoluerit, supradicta pignora, cum ipsa statica comitali uel castro Eraprugnano, si Berengarius comes predictus habuerit eam ibi ipso tempore supradicti quando hec incurrint pignora, incurant ad proprium alodium in potestate Ermengaudi comitis supradicti, et ipsi homines aut homo qui ea tenuerint aut tenuerit mittant ea solida omnia in potestate predicti Ermengaudi. Et supradicti homines Miro et ceteri qui intrant in pignus de Ermengaudum comitem predictum cum supradictis pignoribus quae illi retinent, tendant ad comitem predictum Ermengaudum et incurant haec pignora ad proprium alodium Ermengaudi, si Ermengaudus hoc recipere uoluerit. Et isti supradicti homines firment per sacramentum ad Ermengaudum supradictum ut si incurrint supradicta pignora quae illi tenent in potestate iam dicti Ermengaudi, infra ipsos primos XXX dies quibus scierint quod sint encurgussuda supradicta pignora que illi tenent, sic tendat cum ipsis pignoribus ad Ermengaudum predictum, ut incurrant hec pignora ad eorum proprium alodium et non requirant illi propter hoc ullam donum de auere, si Ermengaudus supradictus hoc recipere uoluerit. Et si Berengario uiuente predicto,

iam dictus Ermengaudus mortuus fuerit et filium de legitimo coniugio reliquerit cui testatus sit Orgellitanum comitatum, predictus Berengarius filio iam dicti Ermengaudi tale feuum et tales honores et castros donet qualia dedit ad patrem suum Ermengaudum predictum, et tale sacramentum illi iuret atque talia pignora illi mittat qualia ad Ermengaudum predictum misit. Et haec omnia illi faciat si filius predictus iam dicti Ermengaudi haec recipere uoluerit infra primos C dies quibus propter hoc comonitus fuerit predictus Berengarius, ipso non se uetante comunire. Et si hoc non fecerit infra supradictum terminum centum dierum iam dictus Berengarius aut se propter hoc comunire uetauerit, incurant supradicta omnia pignora ad proprium alodium in potestate filii iam dicti suprascripti Ermengaudi, si suprascriptus filius Ermengaudi iam dicti hec recipere uoluerit et in hominatico et fidelitate iam dicti Berengarii infra supradictum terminum centum dierum esse uoluerit et fuerit, et tale sacramentum illi iurauerit et talia pignora illi miserit qualia pater suus predictus Ermengaudus ad predictum Berengarium iurauit et misit. Et si contigerit Berengarium iam dictum sine filiis aut filio de legitimo coniugio, o[mnis] comitatus et omnis terra Berengarii iam dicti et omnis honor eius remaneat ad proprium alodium ad Ermengaudum iam dictum aut ad filium soum supradictum. Et si Berengarius iam dictus post mortem suam reliquerit filios de legitimo coniugio infra XX annorum aetatem aut filium, ipse filius aut filii predicti Berengarii remaneat aut remaneant cum omnibus supradictis comitatibus et terris et honoribus in baiulia et tuitione predicti Ermengaudi aut filii sui post mortem eius. Et si de suprascripta conuenientia abstraxerit se Berengarius predictus aut filius predictus illius et non emendauerit hoc ad Ermengaudum predictum, et post mortem eius non emendauerit ad filium predicti Ermengaudi hoc quod illi de ista conuenientia forasfecerit infra ipsos primos LX dies quibus ex hoc comonitus fuerit predictus Berengarius aut filius eius, aut si uetaverit comunire aut filius eius, incurant supradicta omnia pignora quecumque in hac conuenientia scripta sunt ad proprium alodium in potestate et iure iam dicti Ermengaudi aut supradicti filii sui. Et si de istis pignoribus supradictis quae Berengarius suprascriptus mittat ad Ermengaudum comitem suprascriptum, aut de pignoribus supradictis que Ermengaudus comes supradictus mittit ad Berengarium comitem supradictum, contentio comota fuerit inter supradictos comites aut inter supradictos filios eorum aut inter Ermengaudum supradictum et filium Berengarii iam dictum, aut inter Berengarium et filium predictum iam dicti Ermengaudi, utrum sint pignora supradicta iam dicti Berengarii aut filii sui predicti encurgussuda annon, et utrum sint pignora supradicta iam dicti Ermengaudi aut filii sui predicti encurgussuda annon, sit parentia facta ex hoc per sacramentum et per batala de duobus cauallaris qui umquam non fecissent batala cum fuste et scuto. Et faciant eam fieri Berengarius et Ermengaudus supradicti. Et si Berengarius mortuus fuerit et Ermengaudus uiuus, Ermengaudus et filius iam dictus predicti Berengarii si talis etatis fuerit, et si talis aetatis non fuerit suus baiulus et predictus Ermengaudus. Et si Ermengaudus mortuus fuerit et Berengarius prescriptus uiuus, Berengarius et iam dictus filius predicti Ermengaudi si talis etatis fuerit, et si non suus baiulus et prescriptus Berengarius. Et si utrique mortui fuerint, id sunt, Berengarius et Ermengaudus, eorum filii aut eorum baiuli. Et sit supradicta parentia facta infra primos LX dies postquam comota fuerit ex quacumque supradicta parte supranominatorum comitum aut filiorum suorum aut baiulorum eorum supradicta contencio aut causatio. Et pars que uictoram habuerit in predicta parentia habeat ad proprium alodium supradicta pignora omnia partis uictae encurgussuda, et sua pignora omnia sint libera et absoluta de supradicto pignore, et queque pars supradictorum comitum abstraxerit se ut non faciat fieri supradictam parentiam pro supradictis pignoribus quae ipsi comites mittunt ipsius partis, pignora omnia supradicta sint encurgussad[a] ad proprium alodium partis alterius in potestate, et istius

partis pignora quae non abstraxerit se de supradicta parencia que sint absoluta et libera de supradicto pignore.

1018, marzo, 15

*Ermesèn<< [...] Que aduenit ad me comitissa hec omnia superius scripta per donacione domno Raimundo, comite, uiro meo, qui fuit condam siue per comparacione uel per meum decimum siue per qualicumque uoce [...]>>, condesa de Barcelona y su hijo Berenguer [Ramon I] hicieron donación al monasterio de Sant Daniel de Girona de unos bienes localizados en diferentes lugares. Dicha concesión formaba parte del compromiso adquirió en su día por la condesa de hacer cumplir las últimas voluntades de su difunto marido, el conde Ramon [Borrell].*

B. Girona. ASDG, pergamino nº 4. Copia de 1311.

Ed. Marquès, Josep Mª. *Collecció Diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300)*. Documento nº 6.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Ermesindis, gratia Dei comitissa, simulque Berengarius, proles mei, gratia Dei comes ac marchio, donatores sumus aliquid ex alaudes nostros ad domum Sancti Danielis cenobio, cuius ecclesia ante Gerunda ciuitate, in ipsa ualle que ego Ermesindis per dicta permissione de predicto uiro meo domno Reimundo comito bona memoria, cui Deus tribuat requiem sempiternam incoauit predicta ecclesia edificare et Deo ausiliante perficere. Donamus namque nos prefati Ermesindis ienitrix atque Berengarius proles a prelibata ecclesia pro amore Dei omnipotentis et omnibus sanctis et pro remedio de anima domino Reimundo comite qui fuit condam bona memoria et pro nobis medipsis, ut Deus omnipotens tribuat nobis pro sua misericordia uita presencia cum prospera et post anc transitoria adipisci faciat celestia et concedat nobis donatoribus uitam eternam.

Donamus namque et concedimus uoluptate promta et mente beniuola a prefato Sancti Danielis ecclesia omnes terras et uineas cultas et eremas, arboribus et pomiferis fructuosis et infructuosis, casas et curtes cum casalibus, curtis, ortis, ortalibus cultis et eremis qui in predicta ualle Sancti Danielis quantum ibidem abemus et abere debemus per qualescumque uoces. Et affrontat predictos alaudes de orientis in ipso collo de ipsa Presa, de meridie in ipsos termines que dicunt Paladolos, de occiduo in Ierunda ciuitate, de circii in monte que dicunt Aspirano uel in ipsa uilla que dicunt Elzeda. Et aduenit nobis predicta omnia per comparacione uel per qualescumque uoces. Similiter et in Villa Rubia uel in monte Eusebi donamus a predicta ecclesia ipsas terras et uineas cum pertinentiis et decimis earum, totum ad integrum. Similiter et in suburbio ipsas petias de uineas cultas uel eremas que ibidem abemus uel abere debemus per qualescumque uoces concedimus a predicta ecclesia.

Simili modo concedimus a prelibata ecclesia omnes pecias de terras et uineas cum casas et omnes alaudes que fuerunt de condam Gomarigo, totum ab integrum. Et in ipso Merchadale ante Ierunda molinos .II., et ad ipso Palacio pecias .II. de terras quod ego Ermesindis predicta comparaui de Guisla mulier qui fuit de condam Gaucefredo Longo, sic donamus a predicta ecclesia cum omnes illorum affrontaciones, cum aquis aquarum et capud molis et omnes adiacencias illorum, cum exiis uel regressiis earum.

Pariterque concedimus et donamus a predicta ecclesia ipsos alaudes que fuerunt de Ennegone archileuita qui sunt in Salto uel in eius termines, cum ipsos molinos qui ibidem sunt, cum aquis aquarum et cum omnes aiacencias illorum, totum ad integrum, siue in Montefolianu uel in uilla Mucii, siue in Villa Abularex uel in eius termines uel in Bascandone uel in eius termines de iam

dictas uillas abemus uel abere debemus per qualescumque uoces, id sunt, casas, casalis, curtis, curtailis, ortis, ortalis, terras et uineas cultas et eremas, uie ductibus et reductibus, omnia et in omnibus quantum in prefatas uillas uel in illorum termines Ennegone archileuita qui fuit condam abuit uel abere debuit cum suos heredes, et nos ibidem abemus uel abere debemus per qualescumque uoces, quos dominus Raimundus comes uir meus qui fuit condam iussit donare a predicta ecclesia Sancti Danielis pro anima sua et pro Berengario filio suo, ut Deus illum saluet et uitam conferat sempiternam.

Sic donamus nos a predicta ecclesia ipsos alaudes de ipso Lacco, terras et uineas cultas et eremas, domos et curtes, ortos, ortales, arbores fructuosos et infructuosos, omnia et in omnibus qui in suprascriptos alaudes uel in illorum termines sunt siue hoc que habemus in villa Celrano siue in Vilario uel in Boschaires, siue in Riardo, qui fuerunt predicti alaudes de Seniofredo uicescomite, de Guandalgodo siue de illorum eredes quos ego Ermesindis predicta emi et redemi de predicto Seniofredo et Guandalgodo uel de illorum debtoribus.

Simulque donamus et concedimus a prelibata ecclesia ipsos alaudes de Franciliago uel de Seliga siue de Riolutos cum illorum termines totos ab integro qui fuerunt de Seniofredo, uicescomite, quantum ibidem abere debui[t] et ego Ermesindis, comitissa, de prefato Seniofredo emi et de suis debtoribus redemi; similiter donamus etiam pro remedio animarum nostrarum seu pro anima donno Raimundo, comite, cui Deus dimittat omnia sue peccata. Donamus ibi ipsos alaudes que fuerunt de Sendredo iudice qui sunt in villa Sancti Saturnini uel in eius termines, id sunt, ecclesia Sancti Iohannis cum ipsa ereditate que Sendredus iudex ibidem abebat uel abere debebat totum ab integrum ibi donamus et concedimus. Similiter ibi donamus ipsos alaudes que predictus Sendredus abebat in Fitor et ad ipso Castello uel in eorum termines, cultum uel erenum, terras et uineas, arboribus fructuosis et infructuosis, domos et curtes, siluis et garris, aquis aquarum, uie ductibus uel reductibus quantum insuper dictis locis Sendredus iudex qui fuit condam abebat uel abere debebat per qualescumque uoces; et ego Ermesindis, comitissa, de Sendredo comparaui et ad eius debtoribus redemi.

Et ipsum alaudem quod ego Ermesindis, comitissa, iam dicta emi de Viues ebreo qui est ante Ierunda ciuitate, id sunt, casas cum curtes et ortos, terras et uineas cultas et eremas, arboribus maioribus et minoribus, quantum ibidem abuit ipso ebreo iam dicto uel abere debui per qualemque uoce.

Similiter donamus a predicta ecclesia in ipso monte de Bosenno ipsas terras et uineas cultas et eremas et cum ipso manso qui ibidem est qui fuit de Goltredo leuita, qui mihi aduenit a me Goltredo per comparacione siue per qualicumque uoce et a me Ermesindis iam dicta per seruicio de ipso alaude quod Goltredus abet in Salto, unde ego Ermesindis, comitissa, me euacuauit in sue potestate de iam dicto Goltredo, sic dono et concedo ipso manso qui fuit de Goltredo cum ipsa curte et cum ipso orto et cum ipsa trilia que ibidem est et cum omnes arbores maioribus uel minoribus qui ibidem sunt, sic dono et concedo a domum Sancti Danielis ista omnia iam dicta totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum.

Similiter donamus de ipso blado quod domino Raimundo, comite et ego Ermesindis, comitissa abuimus in Palacio Frugello uel in eius termines qui fuit de condam Guarno, que predictus Guarno cum sua uxore uel cum filiis et filiabus suis nobis dederunt per emenda de ipso blado quod domino Raimundo, comite et ego Ermesindis, comitissa, abuimus in Palatio Frugello et predictus Guarno nobis abstulit fraudando et non reddidit nobis pro computo. Et est ec omnia superius scripta in comitatu Ierundense uel in eius termines. Que aduenit ad me comitissa hec omnia superius scripta per donacione domino Raimundo, comite, uiro meo, qui fuit condam siue

per comparacione uel per meum .X. mum siue per qualicumque uoce et a me Berengario, comite, per uocem ienitori meo iam dicto. Quem uero predicta omnia superius scripta nos ambo suprascripti Ermesindis, comitissa uel Berengario, comite, de nostro iure in tuo trado dominio mente spontanea et uolumptate beniuola propter amorem Dei et omnibus sanctis siue pro anima Raimundo, comite, qui fuit condam et propter redemptionem animarum nostrarum ipso testante tradimus et donamus atque concedimus a predicta ecclesia Sancti Danielis que est sita ante Ierunda ciuitate in ipsa ualle, ut ab odierno die uel deinceps predicta ecclesia beati Danielis et omnibus clericis uel Deo deuotis siue laicorum sexus Deo et sanctis in predicta ecclesia seruientibus semper in perpetuum a predictos alaudes cum illorum terminibus semper possidentes et abentes sine impedimento uel blandimento de nullo homine uel femine semper in perpetuum permaneat. Quod si autem nullius persone tam maioris quam minoris a predicta ecclesia de predictis alaudibus uel de illorum terminibus aliquid abstulerit iniuste aut absque lege, de parte Dei omnipotentis et de omnibus sanctis anatema fiat maranata et maledictus permaneat in seculum. Quod si nos donatores aud ullus homo uel femina qui contra ista scriptura donacione uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, set componat ista omnia superius scripta in duplo cum omni sua inmelioratione et insuper .XX. libras auri componat, et inantea ista scriptura donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura donacione .XVIII.kalendas aprilii, anno .XXII. regnante Roberto rege.

Sig+num Ermesindis, gratia Dei comitissa et Berengario, comes, proles meus, simul in unum, qui ista scriptura donacione fecimus et firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num Berengarius, episcopus sss. Willelmus, archidiaconus sss. Sig+num Bernardus Ruiro. Fulcrandus, leuita sss. Sss Ermengaudus, archileuita. S+ Poncius, cognomento Bonusfilius, clericus et iudex. Ermengaudus Stephanus, presbiter sss. (*Cruz*) Suniarius, quamquam indignus presbiter uocatus sss. Sss Borrellus. Guifredus, archipresbiter. (*Cruz*Petrus, episcopus (*cruz*). Berengarius Bernardus sss. Sss Bonushomo, presbiter et sacrista. Meset Marcio(*cruz*).  
Sss Petrus, leuita, qui ista scriptura donacione rogatus scripsi sub die et anno quo supra.

1018, marzo, 29

*Ermesèn y su esposo Ramon [Borrell] confirmaron el alodio de Santa Oliva al monasterio de Sant Cugat del Vallès al que sumaron los de “Moia” y “Albiniana” y otros predios.*

B.Barcelona. ACA, Cart., fº 3, nº 373.

Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallès*. Vol. II, documento nº 466.

In Dei nomine. Ego Raimundus, gratia Dei comes, simul cum coniuge mea Ermessindis, comitissa, donatores sumus Domino Deo et Sancti Cucufati martiris Christi, donamus et confirmamus, simulque contradimus ipsum alodem que dicunt Sancta Oliua cum ipsa ecclesia, cum decimis et primiciis, et ipsum alodem que uocant Caldario, simul cum ipsis stagnis et cum decimis et primiciis et cum terminis qui resonant in preceptis uel priuilegiis supralibati martiris, id est, in longitudine de Villa Domenio, ad orientem, usque intus in ipsa maris altitudine, simul cum ipsis stagnos. Et in latitudine de ipsa Guardia de Bagnarias usque in Villa que dicunt Domabuis. Et adicimus inde sicut uadit per ipsa Guardia de ipsis cocombus, et inde ascendit per ipsum montem que dicut Eschena Rosa sicut aqua uergit contra mare usque ultra ipsam uillam que dicunt Oztor, et uadit per ipsum aragallum petrosum unde aqua discurrit tempore pluuiarum de Eschena Rosa, uel de ipsis puigos uel montes qui in circuitu ipsis aragalli sunt, et uadis subitus ipsa uilla que dicunt Ventos, sicut aqua uergit usque intus in ipso mari. Adicimus autem in huius conlacionis kartule alodem uocatum Moia uel Albiniana quod condam Adalbertus Domino Deo et Sancti martiri Cucufati concessit, donauit atque dimisit per suum testamentum cum illarum finibus et terminibus et uniuersa illorum pertinencia, propter remedium anime sue. Hec omnia donamus Domino Deo et cenobio supralibato, et omnes uoces nostras quas in suprascriptis alodibus uel locis diuersis habemus per uocem parentorum nostrorum siue principali uel per omnes uoces, in iure et dominio prephati cenobii firmamus et transfundimus propter remedium animarum nostrarum et propter Dei amorem et propter gubernacionem filiorum nostrorum integreret et sine diminucione.

Acta est hec donacio siue augmentacio .III. kalendas aprilii, anno .XXII. regnante Roberto, rege, filio condam Ugonis.

(Cruz) RAIMUNDUS, GRATIA DEI CHOMES. (Cruz) HERMESSINDIS, GRATIA DEI CHOMETISSA, nos qui hec omnia suprascripta donamus et confirmamus Domino Deo et iam dicto cenobii, sicut suprascriptum est. S+m Gondeballus Monsboi et Besora. S+m Odolardus, uicescomes. S+m Guifredus sss Midionensis. S+m Suniefredus Barral. S+m Guitardus Taraual. S+m Raimundus Matrona. S+m Ugo Ceruilionensis. S+m Geribertus Subiratensis.  
GUIFREDUS, leuita, qui hec conlacionis siue augmentacionis scripsi et sub sss die et anno quo supra.

1018, junio, 30

*Ermesèn, <<[...]per meum decimum uel per qualicumque uoce uel auctoritate [...]>>, y su hijo Berenguer [Ramon I] donaron a la Seo de Girona el alodio de Ullastret.*

A. Girona. ACG, pergamins ss. IX-XII, carp. 2, nº 35.

B. Girona. ADG, *Cartoral de Carlemany* p. 19, ex A.

Ed. Marquès, Josep M<sup>a</sup>. *Cartoral, dit de Carlemany...*, Vol. I, documento nº 76.

Cf. Martí, Ramón. *Col.lecció Diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 175.

In nomine Domini. Ego Berengarius, gratia Dei comes, simul cum genitrice mea Ermessendis, comitissa, donatores sumus ad domum Sancte Marie sedis Gerunda alodem nostrum quod abemus in comitatu Impuritanense, in locum quem dicunt Uliastret et in Velloso et in Tres Miseros, id est, casas, curtes, ortos, terras, uineas, pratis, pascuis, siluis, garricis et cum ipso stagno qui ibidem est et cum ipsas ecclesias que ibidem sunt, cultum et heremum, cum omni funcione uel redibitione earum et cum omnes agencentias uel termines earum. Et aduenit hec omnia ad me Berengario per uocem genitori meo Raimundo condam comite, quod ille acquisiuit per donatione uel uindicatione condam Guislberti comitis uel Ugoni fratri suo. Et ad me Ermesendis per meum decimum uel per qualicumque uoce uel auctoritate, et abent affrontationes ipsi alaudes, de una latus in terminio de Fontanilias uel de Palacio, et de alia latus subiungit in terminio de Canipostel uel de Canepost et peruadit per ipso termino de Laneras uel de Monte Tirone et peruadit usque ad terminio de Monte Fonellario, ultra flumen Adarone, et de tercio latus nectitur in Monte Fonellario uel in eius termines uel in terminos de Cabliauels siue de Mata Iudica et peruenit usque ad terminos de Villare Glecio uel de Acunnano uel de Serra que dicunt Manualdo uel de Acunnanel, et peruadit per ipsum terminum de Libiano usque ad ipsum terminio de Fontanilias. Quantum infra istas totes affrontationes includunt, sic donamus et concedimus ipsos alodes Deo et Sancta Maria sedis Gerunda, uel ipsas ecclesias qui infra et supra ipsos alodes suprascriptos sunt, totum ab integro, cum exiis et regressis earum propter amorem Dei et remedium anime Raimundi comitis nostrorumque remissio peccatorum, et ideo quia recognouimus quod predictos alodes, id est, Velloso cum suos termines per directum debent fieri de Sancta Maria sedis Gerunda, sicut in ipso precepto regali resonat, quia iam multa annorum est tempora transacta quod eum acquisiuit per preceptum regis predicta Sancta Maria. Quod si nos donatores aud ullus homo uel femina qui contra hanc scripturam donationis, aliquam intulerit litem aut inferre voluerit uim aut molestiam, aut uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod inquisierit, sed in duplo exsoluere cogatur prefatum alode cum sua immelioratione a prefata Sancta Maria, et inantea ista scriptura donationis firma permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura donationis pridie kalendas iulii anno .XX. tercio regnante Roberto rege.  
(Cruz)Berengarius, comes *sss*. Sig+num Erminsindis, gratia Dei comitissa, qui pariter in unum  
hanc cartam donationis fecimus et firmauimus et firmauimus et firmare rogauimus. Sig+num  
Udalardus. Sig+num Amadus, uicescomes. Sig+num Reimundus. Ssse Audericus, presbiter.

Vuifredus, gratia Deo abba, qui ista carta donationis rogatus scripsit et sub *sss* die et anno quo  
supra.

1018, agosto, 26

*Causa judicial que enfrentó a la condesa Ermesèn con el conde Hug de Empúries por el alodio de Ullastret.*

[A]. Original perdido. Girona. ACG.

B.Girona. ACG, *Llibre Verd*, ffº LVI-LVIII.

C. Girona. ADG, *Cartoral de Carlemany*, fº 20-23.

Cf. Botet i Sisó, J. *Cartoral de Carles Many*, Barcelona, 1905-1909, nº 23.

Ed. Marca. *Marca Hispanica*, ap. CLXXXI, col. 1013-1016, según B. de donde Junyent da el texto.

Ed. Junyent i Subirà. Eduard. *Diplomatari i escrits literaris de l'abat i bisbe Oliba*. Documento nº 56.

Ed. Marquès, J. Mª *Cartoral, dit de Carlemany...*, Vol. I, documento nº 77

*Catalunya Romànica*. T.VIII, p. 75.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, pp. 44

Cf. Martí, Ramón. *Col.lecció Diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 176.

Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p.219.

Haec noticia iudicii indicat causam que orta est inter Ermesendem, comitissam et Hugonem, comitem Impuritanensem. Anno uidelicet .XXIII. regni Roberti post discessum domini Raimundi, incliti comitis. Tenebat eum supradicta comitissa tutelam filii sui Berengarii, comitis, qui post finem patris remansit in minoribus annis. Propterea Hugo iam dictus requisuit eam ut reddidisset illi alodem quod dicitur Ulastret, quod ipsa tenebat per cartam uenditionis quam Hugo iste fecerat domino Raimundo, comiti, et per diffiniciones legales et per sacramentorum colligationes, per que iste Hugo transfuderat iam dictum alodem cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis in potestate domni Raimundi, comitis. Nam iste petitor asserebat se fecisse hanc cartam uenditionis in minoribus annis, pro quo Ermessendis uice filii sui iam dicti in praesentia Bernardi, comitis Bisullunensis, et Olibani, Ausonensis episcopi, aliorumque multorum tam nobilium quam ceterorum uoluit fideiussorem dare Hugoni, et oluit se conligare cum illo legaliter ut quemadmodum lex ordinasset, parata fuisset illi respondere, et in iudicio reddere illi omnia que legaliter iudicata fuissent, non debere esse iuris Berengarii praefati, sed Hugonis. At ille renuit recipere fideiussorem seu alium legalem conligatorem, dicens facere bellum per militem suum cum altero milite domne Ermesendis, ut utrisque decertantibus unus uictor effectus patuisset cuius iuris debebat esse quod requirebat. Cumque hoc noluisset recipere iam dicta Ermesendis, eo quod lex gotica non iubet ut per pugnam discutiantur negotia. Ugo praeftatus, sine ulla auctoritate legis gotice, uiolenter inuasit omne quod Ermesendis possidebat cum filio suo per cartam uenditionis et per alias legales diffinitiones seu sacramentorum conligationes que Ugo fecerat transactis etatis suaee .XIII.annis Raimundo, comiti. Dumque Ermesendis ueraciter cognouisset se et filium suum expulsos esse iniuste a possessione supradicta, suprascripto anno, mense augusto, petiuit legaliter Ugonem iam dictum comitem, in presentia Bernardi, suprascripti comitis, et Olibani, episcopi, iudicisque Guillelmi Gerundensis et Gifredi Ausonensis et Bonifilii Barchinonensis, residentibus nobilibus Mirono Ostalensi, Amato uicecomiti Gerunde, Gaucefredo Bernardo et Raimundo, fratre eius, Audegario de Mulinellis, Raimundo de Pubalo, Gaucefredo Vitale, Geraldo Caprariensi, Seniofredo Gitardo, Arnusto de Biguiro, Siluio cum patre suo Lobeto, Gifredo de Molinellis, Gondebando Bisorensi, Guillelmo de Sancto Stephano, Bernardo Amato leuita, Guillelmo leuita de castro Olone, Bernardo

Soniofredo, Gadallo Domitio leuita, Raimundo Sanctio, Seniofredo Lardale, et Seniofredo Macoto, Bernardo Ruuiro, Ermengaudo Bernardo, aliisque multis quorum nomina longum est texere, qui erant ex parte Bernardi, comitis et Ugonis, tam clerici quam laici. Ad hanc quoque petitionem Ugo, comes, scriptis elegit assertorem suum Berengarium filium Eldemari de Feneffs, ut uice sua ipse responderet ad haec que Ermessendis, comitissa dicebat, sicuti et fecit dicens. Audio Ugonem, comitem, appellari eo quod ipse inuasit possessionem uestram et abstulit eam a uestro iure. Scio quia non inuasit, quoniam ista possessio et infra terminos comitatus Empuritanensem est, et potestatem quam reges ibi pridem habuerunt, iste Ugo, comes, ibi habebat. Discucentibus hoc iudicibus per probationem quam utraque pars proferebat, discussa prius ueritate uerborum, inuenerunt quod a die qua ipsum alode uenit in potestate Raimundi, comitis, ipse comes Raimundus sine ullo impedimento integriter tenuit eum quemadmodum terminatum est in supradicta scripture uenditionis, et omnem censem atque redibitionem omnemque potestatem quam ibi aut rex aut comes ante eum habuit, ipse comes Raimundus habuit et tenuit atque possedit in iam dicto alode Ulastrodo, cum omnibus illius pertinentiis et adiacentiis usque in diem quo mortuus fuit. Similiterque iam dicta comitissa cum filio suo, post discessum iam dicti comitis, tenuit prescriptum alodem cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis, et potestatem quam ibi aut rex aut comes ante eam habuit ipse tenuit cum filio suo et possedit quousque ante iudicium, absentibus ipsis, Ugo, comes, iniuste inuasit possessionem hanc et maliuole a dominio eius abstulit praescriptum alode cum omnibus rebus ibi repositis. Iudices autem, cum illis patuit causa tante ueritatis, apertis codicibus legum gotorum iudicauerunt quia haec possessio eum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis reuerti debebat in potestate Berengarii, comitis praedicti et matris sue iam dicte, et omnem potestatem quam ante ibi habuerunt recuperare debebant, et Ugo, comes, si aliquod preiudicium potuisset recipere exinde, perdere debebat. Cumque hoc iudicatum fuisset a iudicibus, Bernardus, comes, nolens obedere huic iudicio, tamdiu perseveravit in ipsa contentione quousque excogitauit rem inauditam, faciens confirmari a iudicibus supra dictis iureuando super altare Sancti Genesii de Orreolis hoc iudicium, quoniam ipse fideiussor erat ex parte Ugonis, ut ipse Ugo talis extitisset in indicio quemadmodum illi iudices legaliter iudicassent. Dato sacramento a iudicibus, Berengarius Eldemari filius, assertor Ugonis, interrogatus fuit a iudicibus ut receperisset testes quos comitissa proferebat legaliter. Ad ille noluit recipere eos, et proferens inanes et superfluas excusationes, absque consilio iudicum abstraxit a iuditio. Post hec iudices secundum legis ordinem receperunt hos testes: Garefredum uidelicet et Bernardum Ruuirum et Seniofredum Guitardum et Geraldum, fratrem Dalmacii, Audegarium de Molinelis, et Seniofredum Lardalem, ita dicentes: Iuramus nos testes per Deum factorem omnium rerum, et per altare sacratum Sancti Iohannis apostoli quod fundatum est in ecclesia beate Mariae virginis quae Sedes Gerunde est, quia nos uidendo scimus quod Raimundus, comes, supra dictus tenuit et possedit ipsum alodem de Ulastrodo cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis, cum omnibus censibus et oblationibus que exinde ullo modo exiebant quousque mortuus fuit. Potestatem talem ibi illi uidimus habere et possidere qualem aliquis homo uiuens in suis rebus propriis habet. Iudicem et saionem ibi eum uidimus habere, et si quae res ex placitis exiebant, comes Raimundus suam partem exinde habebat et habuit quousque obiit. Similiter post discessum eius uidimus, Ermisendem, comitissam, et filium suum Berengarium habere et possidere supradictum alodem de Ulastrodo cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis, et omnem supradictam potestatem uidimus eos habere ibi et possidere usque in diem quo Ugo, comes, inuasit hec omnia et abstulit a potestate et iure illorum. Dato autem hoc sacramento a testibus, iudices superius ascripti consignauerunt

supradictum alodem in potestate Ermesendis, comitisse, et filii sui Berengarii, comitis, ita dicentes: Nos creati iudices Guillelmus, Guifredus, atque Bonusfilius, per omnes auctoritates legum quae ad hanc rem pertinent consignamus et contradimus in potestate atque iure Ermessendis, comitisse, supradictique filii sui Berengarii suprascriptum alodem de Ulastreto, cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis, et quidquid Ugo ex praedicto alode praesumptiosus inuasit et abstulit, totum tibi Ermesendi, comitissae, et filio tuo Berengario, comiti, consignamus et contradimus de potestate inuasoris in uestro dominio reducimus et transfundimus perenniter habendum et quiete possidendum. Igitur ut hoc iudicium maneat inconuulsum, gradatim sententiis legum eum muniuimus, et ut cunctis perpateat quod Ugo, comes, ante iudicium non debuerat usurpare quod usurpauit a potestate possessorum. Primo iudicamus ut cartam uenditionis quam Ugo, comes, asserebat fecisse in minoribus annis ante debuerat comprobari utrum ita esset quam res que per ipsam tenebantur inuase fuissent. Dehinc iudicamus ut si aliquis pro hac carta uenditionis uiolentum aud pro aliqua re alia esse sibi Raimundum, comitem, astruxisset, secundum legem quae continetur libro .V., titulo .VI., capitulo .VI. debuerat astruere, quae ita dicit: Si uiuentis cuiuslibet manifesta culpa non appareat, nefas esse non dubitandum est, ut eum quisquis post obitum mansisse sibi reum accuset. Ne ergo in fraude heredis defuncti quicumque post haec talia conetur presumere huius legis sanctione redargui se nouerit. Scilicet ut si quis quemlibet defunctum uiolentum sibi aud peruersorem sue rei, siue directorem seu debitorem fuisse astruxerit, eumque quodcumque illicitum secundum superiorem ordinem dixerit perpetrasse, non aliter eius assercioni credatur nisi per quamcumque scripturam aut testificationem legitimam id uerum esse indubitanter edoceat. Sed quia hec Ugo, comes, non expectauit idcirco inuasionem de praescriptis rebus fecit. Et lex que continetur libro .V., titulo .III., ita dicit capitulo .XX.<sup>a</sup>: Si quis rem que est per iudicium repetenda, priusquam aduersarium legaliter id est iudicialiter supereret, ita uendiderit uel donauerit alicui aut forsan tradiderit occupandam ut absque auditentia iudicis priuetur dominium possessoris, ipse qui possedit per executionem iudicis, rem que occupata fuerat statim recipiat, nec de eius postmodum repetitione contendant, etiam sicausa sit bona petentis. Sed quia Ugo solet dicere quod Petrus Sirus iudex illi tradidit suprascriptas res occupandas, scimus quod iam dictus Ugo illi iudici primo mandauit atque deliberando tradidit eas ad occupandum et in suo dominio recuperandum. Et pro eo quod ita fecit, sicut inuasor iudicabitur, quia rem antequam uinceret inuadi fecit. Et lex quae continetur libro .VIII. titulo .I., capitulo .V., ita dicit inter alia: Quod si non expectata discussione id quod ab alio possidetur aut iuris alterius esse dinoscitur inuaserit, omne quod abstulit uel presumptiosus inuasit, tam in mancipliis quam in ceteris rebus, duplum ei restituat de cuius iure uisus est abstulisse, uel singulorum annorum fruges quas inde fideliter collegisse iurauerit petitori compellatur exsoluere. Et altera lex que continetur hoc libro et titulo, capitulo .VII. dicit ita: Nullus domum inquietet absentis nec in expeditione publica constituti, et si quod preiuditium recipere potuisset, absente eo quem fuerat conuenturus, inuaserit, reddat in duplum. Si uero illud inuaserit quod per nullum iudicium illi debebatur, reddat in triplum. Hoc quoque in aliis capitulis legum que ad hanc rem pertinent inuenietur.

Actum est hoc iudicium VII. kalendas septembbris, anno .XXIII. regni Roberti, regis in Francia.  
Sig+num Gaucefredus Vitalis. Sig+num Bernardus Ruuirus. Sig+num Soniofredus Gitardus.  
Sig+num Soniofredus Ardalys. Nos testes supradicte possessionis sumus, et iurando testimonium  
nostrum confirmamus. Sig+num Gaucefredus Bernardus. Sig+num Raimundus Oliba. Sig+num  
Raimundus de Pubalo. Sig+num Arustus de Bigurio. Siluius Lobeti filius. Sig+num Lobet.  
Sig+num Guillielmus de Sancto Stephano. Sig+num Bernardus Seniofredus. Sig+num Raimundus  
Sancius. Sig+num Mironus de Fabricata. Amado, uicecomes. Wadalasare, leuita sss .  
Villelmus, leuita. Bernardus, leuita. Ego Guillielmus, iudex, huius edictionis tactu necessitare  
oculorum signoque impressionis corroboro.(Cruz) Guifredus, leuita qui et iudex sub sss. Arbertus  
sss. Falcius, leuita doctor paruolorum sss.

S+ Pontius, cognomento Bonusfilius, clericus et iudex qui hec scripsi et sss die et anno quo  
supra.

1018, septiembre, 2

*Ermesèn, condesa de Barcelona, como ejecutora testamentaria de su difunto marido, el conde Ramon [Borrell], autorizó la transacción del oro legado por éste a la catedral de Barcelona.*

B. Barcelona. ACB. *Libri Antiquitatum*, T. I, fº 151, nº 396.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 38.

Quoniam semper congruum est ecclesiarum Dei sacerdotes ut in quantum sibi curam impositam noruntur ecclesiis quibus per sunt sollicitudinem inumeracionis impendant, qua tam exproprius rebus suis quam rerum illis collatarum basilicis gubernacione et melioracione, necnon amonicione fidelibus data, quo domus Dei mercando celestia honorent, ipsi pastores ouum Dei culpabiles non [....]. Nam canonice atque legaliter traditum teneat quia Dei ecclesiis quicquid offeritur ipsi datur, et quicquid rerum ipsis ampliatur uel inmelius mutatur Deo placere sine dubio certum est. Ideo ego Deusdedit, episcopus sedis Barchinonensis, quamuis indignus tamen mee matris ecclesie memor in quantum possum Deo per illam placere studens, cum consensu clericorum tam sacerdotum quam leuitorum mihi subiectorum, necnon cum congregatione uicinorum episcoporum meorum, feci comutationem de canonicis rebus cum Gondebaldo, primate palacii comitis, sicut in hac pagina comutationis scripture cartam continetur. Nam non est ambiguum quod Raimundus, inclitus comes, Borrelli, comitis proles, bonitate plenus cuius uita efulsit et nec eius sepulcro et ossibus Barchinona ornatur ciuitas suprafatam sede suo testamento munerauit, et ad augendas ampliandasque res canonicales non modicam partem sui auri dimisit. Ermessendis itaque, coniux eius, comitissa, filia que fuit nobilis comitis Carcasonensis Rodegarii sepulto corpore prefati uiri sui infra canonicalem claustrum Sancte Crucis sedis superius comprese eo quod ipse qui ecclesia fecerat heredem, eorum precibus expietur [....], dato auro atque consilio prefuit canonicis, ut emerent alaude, id est terras et uineas, cultas et incultas, arbores diuersi generis, fontes et aquas seu molina aliasque res istius alaudi, ex femina nomine Bellazer uxor que fuit Sesemundi fratris Seniofredi gerundensis uicecomitis, sicuti et emerunt. Sed quia heres longe erant ab urbe supradicta, grauiores erant ad laborandum, et difficile inueniebantur agricole qui eas excoherent et grauius erat aliquod exinde adducere, cum aliquando erat necesse iam pene ad heremum tote erant redacte. Ideo supranominata Ermessinde, comitissa, ordinante assistente filio suo domno Berengario, marchione comite, una cum primatis palacii sui Ugone Ceruiline, Amato, uicecomite Gerundense, Odo Acutensi, Guadallo, preposito comitali mense, Bernardo Seniofredo, et item alio Seniofredo, et Bernardo, aliasque nobilibus, et uulgaribus hominibus, in coro supradicti altaris Dei discussum est et inuentum quia ipsas res pro quibus Gondebaldu primas supradictus comitis appellabatur dare in comutationem, canonicis supradictis, maius utiles fierent illis quam ipse res qui emerunt ab Bellazer supra nominata omnibus modis, in laborando in gubernando in exfructando, et in fructibus adducendis, uel expendendis ad canonicos usus, et quia alode carius emitur in territoriis supradicte ciuitatis, quam in Valense. His autem ad ueritatem [.....], ego Deusdedit, episcopus, et omnes canonici mei, sicut supradictum est, comutatores sumus tibi Gondeballo, filio qui fuisti Ermemiri Bisorensis. Manifestum est enim quia damus tibi per hanc comutationis scripturam aludem Dei et nostrum, quod hebemus in Vallense, in comitatu Barchinonensi. Est [...] istud

alode medietatem de uillare de Abdela, terras cultas et heremas, uineas et arbores diuersi generis, ortos et ortales, casas et curtes cum casalibus, cum solis et superpositis garricas, fontes et alias aquas, ligna et lapides, prata et paschua, pronum et planum, exius et regressus. Terminat quippe prescripta uilla que dicunt Villar de Abdela, cum suis adiacenciis, de parte orientis in ipsa strata de Archers que uadit ad ipsum mercatum, de meridie terminat in termino de Palatio Dalmanla, de occiduo habet terminum in ipso monte Molono, de septentrionalis uero parte que uulgo circii pars dicitur. Terminat in flumine Vallense quod discurrit per congustum. Hanc autem medietatem de Vilar Abdela, terras et uineas, cultas et heremas, arbores diuersi generis, ortos et ortales, casas et curtes, cum solis et superpositis, cum casalibus, fontes et aquas regos, capud regos et subtus regos, ligna et lapides, prata et pascua, exia et regressus, et medietatem de ecclesia Sancti Iacobi que est construta in prefato alode, quicquid dici uel nominari potest, que ad huius alaudis medietatem pertineat, sicut continetur infra prefatos terminos, et sicut nostri iuris est, siue iuris notre canonice domus, exceptis decimis frugum ul fructuum que exierint a supradicto alode, et exceptus ipsas primitias, ita integrerter tradimus tibi prefato Goldebaldo. Post hec de nostro iure et de iure nostre canonice in tuo mittimus dominio et potestate perpetuo alium tuum omne alaude, quod habes a Montecato, usque ad flumen Lupricatum, et a turre Salani perueniendo per ipsa iuga moncium, usque ad Montem Catanum, terras et uineas cultas et heremas, casas, solarium cum curtibus, et omnibus hedificiis, omnia et in omnibus quantum dici uel nominari potest, quod hodie habes, et tui iuris est, infra predictos terminos, sicut in nostra resonat scriptura quam nobis fecisti, exceptis ipsius domibus uel omne quod infra muros ciuitatis habes Barchinone, et propter .CCC. solidos argenti yspani quod cathini dicitur, quos tu nobis super has resadiedisti, non propter hoc quod minus ualerent heres quas accepimus quam ipse quas damus sed ut iusta diceretur hec comutacio. Verum tamen omnia que tibi damus in tua comutacione habeas et possideas, et facias ex inde quod cumque uoluis ad tuum plenissimum proprium, ita ut nullus homo utriusque sexus nullus nostrorum successorum nec nos nec ulla cuiuslibet persona tibi aut tue posteritate aut ipsi qui post te hoc habuerint mouere injuriam ex his rebus presumat aut temptauerit aliquis componamus tibi aut componat prenotata omnia in duplo, cum omni illarum immelioratione rerum; insuper hoc firmum permaneat.

Actum est hoc .III. nonas septembbris, anno .XXIII. regnante Roberto rege in Francia.

Acta est hec translationis scriptura idus septembbris, anno .XX.VII. regnante Leudico rege.

S+ Deusdedit, gratia Dei acsi indignus episcopus. S+ Guadallus, sacer. S+ Guitardus, leuita. S+ Suniefredus, presbiter. S+ Poncius, leuita qui et capud scole. S+ Vitale, presbiter. S+ Bardina, leuita. S+ Adalbertus, leuita. S+ Amalricus, presbiter. S+ Julianus, presbiter. S+ Sigefredus, leuita. S+ Ermemirus, leuita et sacriscrini. S+ Fulcus, leuita.

1018, noviembre, 18

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I] atendieron la petición de Ermengol, obispo de la Seu d'Urgell, de unir Sant Llorenç de Morunys a Sant Serni de Tavérnoles e introducir, en el primero, la reforma de la regla benedictina.*

B. Urgell. ACU, Cartulario de Sant Serni de Tavérnoles, ffº 66v-67r.

C. Barcelona. BC, Ms 729, SACM, Vol. 9, pp. 31-32 y p. 114.

Cf. Villanueva, J. *Viage*, vol. XII, ap. VII, ps. 221-223.

Cf. Soler, J. *Cartulario de Tavérnoles*. Castelló de la Plana, 1961, pp. 56-59, doc. nº 18.

Ed. Rius, Manuel. << Diplomatari de Sant Llorenç de Morunys>> en *Urgellia*, Vol. IV, documento nº 6.

Verus Christus Ihesus, in terris degens, per cosmi alumnos misit duodecim climata, ut gentilium corda que erroris raptabatur, per uarios atque per deuia ad fidei rectitudinem trahentem, atque Christi industriam. Ipsi uero, toto iusu conata sunt a zabulorum eos euellere, supplicia et lauacris salutaris abluere, ut purificati ab hidolorum spurcicia, atque operante Christi iusticia possent permanere in ciues etherea. Quos inde accensi nonnulli roborati uirtute Spiritus Sancti linquentes predia, substancia atque cunctam alternatim duxere uitam per quam posint adipiscere perhennem mensuram. Ergo multi soli placere studentes, in tuguris ospitia habentes, cum celicolis adepti sunt regni celestis. Quo circa noster Theosophus, gratia et nomine Benedictus, cui uitam deferens, huius amplectens deserta, soli Deo uacare studens, Angelis notus, hominibus incognitus, Dei lucerna super candelabrum, posita quatinus qui in domo sunt luceret, .XII. monasteria construens, duodenos monachus deputans, per unius cuiusque Patres constituit, uitamque monasticam indidit. Unde nonnulli eius amplectentes uestigia, studuerunt construere monasteria sua in presidia. Ergo namque a fidelibus uiris monasterium Sancti Laurentii, dudum in comitato Urgellensi, in ualle Lordensi namque constructum, inibi nouimus extitisse, et eundem cenobium strenue rexisse, Domnum Lobatonem abbe, quem ab hac luce substractum, et inter agmina paradisi collocatum anno trabeacionis Dominice M.<sup>o</sup>X<sup>o</sup>.V<sup>o</sup>. IIII. Enim uero cepit dominus Ermengaudus, Sancte Sedis Urgellensis alme Virginis Marie episcopus, una cum clero sibi comisso atque Urgellensi proceres, rogare domna Ermessindis, gratia Dei comitissa, et filio eius domno Berengario, inclitus chomes et marchio, ut talem pastorem delegassent qui ordinem uel regulam sancti Benedicti, qui necdum in eodem monasterio minime tenuerant, et docuisset et per omnia adimplessent. Et adquieuit comitisa atque comes eorumque preces conuocauerunt Poncionem, qui monasterio Sancti Saturnini preesse uidetur, abba sale sapientia conditum, caritate rutilum, prudentia astutum, misericordia ac pietate egregium, et dederunt ei monasterium prescriptum, ut ibi esset abba atque rector, omnesque successores uidelicet abbates Sancti Saturnini, sub iure et tuitione monasterii Sancti Saturnini perhenniter. Et ut hec eleccio uel adclamacio firma et inconuulsa stabilisque permaneat, manibus propriis subter firmauimus.

Facta helectio uel adclamatio .XIIII. kalendas decembris anno .XX[III]. regnante Rotberto rege,  
et indicione .II.

Nos simul Ermesindis (*cruz*), gratia Dei comitissa, atque Berengario (*cruz*), gratia Dei comes et  
marchio, qui hanc electionem fecimus et firmamus et firmare rogauimus. Sig+num Willelmi,  
uicecomes. Sig+num Arnall, filium Mironi. Sig+num Mironi. Sig+num Wi[gle]m. Sig+num  
Richard. Sig+num Ramon. ERMENGAUDUS, acsi indignus gratia Dei episcopus *sss*.  
PONCIUS, archileuita *sss*. Suniarius, archileuita *sss*.

Wifredus, leuita et monachus, qui hanc heleccionem rogatus scripsi et *sss* die et anno quo supra.

1018, noviembre, 20

*Ermesèn su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, Pere, obispo de Girona, Arnusto, Hug, conde de Empúries y otros personajes dotaron a la canonja de la seo de Girona.*

[A]. Original perdido.

- B. Girona. ACG, Pergs., nº 36. Roura. Copia siglo XII.
- C. Girona. ADG, *Cartoral de Carlemany*, ffº 29-32.
- Ed. Marca. *Marca Hispanica* ap. 182, cols. 1016-1019.
- Ed. Villanueva. *Viage Literario* 12, ap. 30, pp. 312-317.
- Ed. Flórez. *España Sagrada* 43, ap. 28, pp. 425-430.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 47
- Ed. Marquès, Josep Mª. *Cartoral, dit de Carlemany...*, Vol. I documento nº 79.
- Ed. Martí, Ramón. *Col.lecció Diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 179.

Cum in nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis in ecclesia Santae Dei genitricis Mariae sedis Gerundensis in unum residerent episcopi Petrus, eiusdem sedis, presul Ermengaudus Urgellensis, Deusdedit Barchinonensis, Berengarius Elenensis, Adalbertus Carcassonensis, Ato Cosoranensis. Abbates et iam Bernardus Sanctae Mariae Crassae, Petrus Rodensis, Landricus Gisalensis, Guifredus cenobii Gallicantus, Amblardus cenobii Sancti Cirici, Viues cenobii Sancti Pauli Maritimi, Poncius cenobii Sancti Saturnini. Necnon etiam quamplurimi alii sacerdotes, assistantibus, archidiaconis, atque canonichis eiusdem sedis Gerundensis ac Barchinonensis, diuinitus inspirati concordi ac pari animo definientes, statuerunt ut ad seruicium Dei et eius Genitricis in eadem sede domus cannonica construeretur et rebus ecclesiasticis et fidelium dono iuste collatis ditaretur, quo facillime Deo ibidem cotidie familiariter militaretur et quicumque eiusdem sunt ordine iusto perficerentur. Vnde idem Petrus, presul egregius, de statu ecclesiatico diligenter tractans cum his omnibus, presente acconseciente comitissa Ermessinde, una cum filio suo donno Berengario, comite et marchione, collaudantibus cunctis predictis, donauit ad construendum et ditandum iam dictam canonicam domum hec que infra sunt scripta, dicens: Ego, in Christi nomine, Petrus episcopus, Gerundensis episcopus, permittente Ermessinde comitissa eadem filioque suo Berengario comite, dono ad hedificandum et munrandum atque ditandum iam dictam canonicam domum ad seruicium Dei et eiusdem genitricis ecclesiam Sancte Marie de Castellone cum decimis atque primiciis atque oblacionibus eius et suis omnibus alodiis. Et ecclesiam Sancte Eulalie de Villa Noua cum decimis et primitiis et oblationibus fidelium et alodiis suis. Et ecclesiam Sanctae Marie de Aguiliana cum omnibus rebus ad eam pertinentibus. Et ecclesiam Sancti Saturnini de Arens cum omnibus rebus quae ad eam pertinent. Et in comitatu Bisuldunensi, ecclesiam Sancti Petri de Montecauto cum omnibus suis pertinentiis. Et ecclesiam de Curcauello cum omnibus suis pertinenciis. Et ecclesiam Sancti Andreae de Lorona et alias parrochias et alodia que Miro uicecomes Bisuldunensis tenebat quando obiit ab hoc seculo et iuris Sanctae Marie esse dignoscebantur cum omnibus suis pertinentiis. Et ecclesiam de Ordeis et fiscum de Lebrers cum decimis et primiciis et omnibus illorum pertinenciis. Supradicta autem omnia, que in aliis comitatibus sunt, ego suprannominatus Gerundensis episcopus Petrus taliter dono et trado predicte canonice domui qualiter iam dicta sedes Sanctae Mariae ea in prenominatis aliis comitatibus iuste habere debet uel habet.

Insper ego Ermessindis et Berengarius, comes, et Petrus, episcopus, damus prelibate cannonice ecclesiam Sancti Martini de Cacano cum decimis et primiciis atque omnibus pertinenciis eius. Necnon et ecclesiam Sancti Martini de Colonico cum decimis et primiciis et eius oblationibus atque alodiis. Et ecclesiam Sancti Iuliani de Curtibus cum omnibus suis pertinentiis et alodium quod Bremundus, uicecomes, debitauit ad predictam canonicam domum, et est in comitatu Gerundensi, in uilla Pera. Necnon et mansum de Fontadeta cum omnibus suis pertinentiis et medietatem ecclesiae Sanctae Leocadie de Parietibus, quantum scilicet ad eandem ecclesiam pertinet. Et alodium de Ferrerons et de Ruuirans cum omnibus suis pertinentiis, et medietatem parrochie Sancti Felicis de Palatio Rabani cum omnibus eius pertinentiis, et molendina .III.or que Gitardus, archidiaconus, tenebat.

Et ego Arnustus dono atque concedo ad eandem canonicam medietatem decimarum de parrochia Sancti Stephani que est sub appendicio Sancti Martini de Romaniano.

Et nos predicti Petrus et Ermesendis et Berengarius donamus eidem domui channonice parrochiam Sancti Amancii cum decimis et primitiis atque oblacionibus et cum suis omnibus pertinenciis et cum suo apendicio ecclesiae Sancti Martini de Presa cum decimis et primiciis et oblacionibus et cum sacrariis et cimiterio trigita passuum et ecclesiam Sancti Martini de Campo Maiore, cum omnibus suis pertinentiis et parrochiam Sancti Mameti de Rudmorts cum omnibus suis pertinentiis et medietatem ecclesie Sancti Martini de Lemena cum suis pertinentiis et parrochiam Sancti Andree de Mata cum omnibus pertinentiis.

Dono quoque ego Petrus, episcopus, parroquiam Sancti Petri de Nauata cum omnibus suis pertinentiis, et fiscum Crispiani cum quartis Sancti Stephani de Bass et medietatem tascarum de Bascara et ecclesiam de Fontaniles cum suis pertinentiis et ecclesiam Sancti Genesii de Mulnels cum omnibus suis pertinentiis, et omne alodium quod condam fuit de Altrudis femine et est in Mulnels, et illa concessit domui channonice cum omnibus suis pertinentiis, et dono eidem cannonice de omnibus adap[er]turis que mihi adaperte fuerint ex rebus ecclesiasticis decimam partem. Preterea ego Petrus statui et confirmaui et donaui una cum clericis predicte sedis de omnibus rebus mobilibus quas acquisitus sum uel accepturus de episcopatu Sanctae Marie terciam partem predicte Sanctae Marie, in tali ratione ut de predicta tercia parte dentur due partes restorationi ecclesiastice. Alia uero tercia pars detur predicte cannonice.

Ego uero Ugo, comes Impuritanus, dono censum de duobus carauis predicte domui canonice in Impuriis ciuitate, qui ad me pertinet uel pertinere debet, et quicquid omnes ipsius terre predicte cannonice conceserint, simul dono et habere consencio, propter salutem anime mee et filiorum meorum ac coniugis.

Postea moriens Bernardus Robores reliquit ecclesiam Sancti Menati de Villa Blarex cum decimis et primiciis et oblacionibus et alodiis et pertinentiis suis, eidem cannonice et ecclesiam Sancte Agate, cum suis pertinentiis, consilio et uoluntate predicti Petri pontificis. Preterea ego sepedictus Petrus, episcopus, dono eidem cannonicae ecclesiam Sancti Iuliani de Castelfreit cum omnibus suis pertinentiis.

Et quidam miles uir bonus nomine Soniarius Rufus moriens absque liberis reliquit totum suum alodium cum integro de Monte Caluo eidem domui cannonice et totum suum alodium de Monte Malo cum integro sui et totum suum alodium de Espidels et totum suum alodium de Pantaleu cum eorum omnibus pertinentiis, eligens Dominum ad uicem filii ereditandum. Similiter eius coniux Adaledis moriens reliquit suas uoces in supradictis alodiis omnibus predicte canonice.

Ego Poncius, caput scole et leuita, dono alodium de Puio Alto cum finibus et terminis et cum suis afrontationibus eidem cannonice Sancte Marie.

Preterea, alii boni uiri morientes timentes Deum, reliquentes sua alodia heredem fecerunt predictam canonicam, id est Remundus Gutiscli de Pugalis et Sendredus Guillelmi et Miro, frater eius, et Domnucius, clericus de Cruce, et Berengarius Donucii, qui reliquit suam hereditatem de Uliuars predicte canonicae.

Et suprascriptus Suniarius reliquit suum alodem de Castanied et ipsum de Castelomen cum molendinis et munnars in fluvio Ticeri. Et Seniofredus Safard reliquit alodium eidem domui canonice infra terminos parrochie de Canapost. Et reliquit eidem domui quod est ad Rocam.

Et ego Petrus, predictus episcopus, dono ipsum mansum de Abelars cum suis pertinenciis omnibus. Necnon et medietatem parrochie Sante Marie Episcopalis decimarum et fiscum de Parietibus cum molendinis suis et cum omnibus rebus ad eundem fiscum pertinentibus quod tenebat archidiachonus Guilelmus et alodium quod est in Rodas et in Armenteria et in Palatio Rabani et ecclesiam Sancti Cipriani Maritimi atque ecclesiam Sancti Aciscli cum omnibus illorum pertinenciis.

Predictus denique Bernardus Robores reliquit omne suum alodium quod habebat in parrochia Sancti Dalmacii de Tornauels uel in Seliga eidem domui canonice et Adalbertus Ennegonis dedit .III.Ior. mansos cum illorum pertinenciis, qui sunt in parroquia Sancti Felicis de Borseleu, eidem domui.

Et Reimundus prepositus reliquit mansum unum in Fuxan cum suis pertinentiis et Guillelmus Seniulli alterum ibidem cum suis pertinenciis et Arnaldus de Cunzels reliquit medietatem sui alodii quod habebat in Fuxan uel in Cunzels predicte canonichae et Bernardus Tedmarius dimisit de suo alodoio eidem domui quod habebat in Palacio Frogel et in Pera et Guitardus Gaucefredi, clericus, reliquit omnem suum alodium prenominate canonichae quod habebat in Fornels et in Canpdoran et in Villa de Asinis et Baron Bonihominis dimisit alodium quod habebat in Camos et uxor Reimundi Bonihominis mansum unum qui est in Villa de Man iam dicte domui et Gifredus Guillelmi dedit .III.Ior. mansos qui sunt in parrochia Sancte Cecilie de Carcar et .III.Ior. in uilar Sitaran eidem domui, et Stephanus presbiter de Cancan reliquit mansos .II: qui sunt in eadem parrochia, in Rexag, et Salelas.

Et uicecomitissa Impuritanensis, uxor quondam Guillelmi, reliquit unum mansum quod habebat in Virginibus sepius dicte domui cum suis pertinenciis et predictus uir eius, Guillelmus uicecomes, reliquit omnem alodium quod habebat in Castellone eidem ipsi domui. Et alodium quod est in Pedret et in Mercadal et in plano ante Gerundam et ipsum de Bedoc, totum quod fuit de Uzalard dedit Gondeballus, predicte domui canonice cum omnibus suis pertinenciis.

Et Berengarius, episcopus, eiusdem sedis donauit terras cum molendinis et mulinars cum omnibus eorum pertinenciis et simul cum ipsa aqua Ticeri usque in medium alueum eiusdem Ticeris que sunt a termino loci qui uocatur Sale Alte, usque ad Mercadal quod est ante Gerundam ciuitatem eidem canonice eidem. Hec omnia a predicto episcopo Berengario donata sunt in parte meridiana cum palacio et cum triliis et cum his que tenet Bonifilius et Iohannis clericci.

Et comitissa predicta Ermessindis donauit alodium quod fuit Bernardi Amati clericci eidem canonice; hoc alodium cum suis pertinenciis est in ualle Angles.

Petrus presbiter Montis Eusebii reliquit alodium eidem canonice in eodem monte.

Sunt alia plurima alodia et terre et mobilia que odie predicta domus channonica habet et possidet et habere debet et futuro, Domino donante a fidelibus iuste collata eadem canonica adquisierit cum suprascriptis omnibus. Hec omnia supradicta in iure predicte canonice nos prenominati episcopi ab integro confirmamus propiis nominibus. Et si aliquis abstulerit aliquid ex suprascriptis rebus omnibus, aut supradicta omnia denserit a iure canonico nisi satisfaciens

resipuerit, restitutis ab integrum ablatis, perpetuo anatematis uinculo eundem aut eosdem presumptores excommunicamus et a consorcio fidelium separamus, et cum Iuda Domini proditore in inferno inferiori participem fieri optamus.

(Cruz) Petrus, episcopus. (Cruz) Berengarius, comes. (Cruz) Ermessindis, comitissa, nos qui hanc donacione libenti animo fecimus et firmare eam rogauimus.

Acta sunt hec anno Incarnationis Donimice .XVIII. post millesimum .XII. die kalendarum decembrium. Anno. XXIII. regni Roberti regis.

(Cruz) Ego Benedictus, sancte catholice et apostolice Romane ecclesie, confirmo hoc prescriptum et precipio in Dei nomine ualere in eternum cum apostolica auctoritate. Ato, episcopus(cruz).

(Cruz) Willelmus, episcopus. Ermengaudus, hacs indignus gratia Dei episcopus. Sss Berengarius, sancte sedis Elenensis episcopus, hec suprascripta libenter confirmo. Adalbertus, episcopus Carcassonae. S+m Deusdedit, gratia Dei hacs indignus episcopus, omnia suprascripta confirmo. Oliba, sanctae Ausonensis aeccliae episcopus licet indignus, quod iustum est confirmo sss.

(Cruz) Amelius, episcopus, hoc confirmo. Ugo, ecclesie Uzetensis. Stephanus, episcopus Atensis.(Cruz) Bernardus, gratia Dei episcopus.

1018, diciembre, 1

*Ermesèn, condesa de Barcelona, en compañía de los albaceas de la difunta Guisla donó a Bonhom, sacristán, y a Vives y Tassi, presbíteros, los alodios que esta mujer poseyó en la villa de Llac, en el Pla de Girona, en Vilablareix, en Salt y en Palau [Sacosta].*

A. Girona. ACG, pergs. ss. IX-XII, carp. 2, nº 37.

Ed. Martí, Ramón. *Collecció Diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 174.

In Dei nomine. Ego Ermessindis, gratia Dei comitissa, et Sendredus, archipresbiter et Udalardus, filius qui fuit de Wa[lafonsi et] Petro et Artal et Ricalfo et Gariber, nos simul in unum donatores sumus ad presbiteros Sancta Maria, id est, Bonushomo, presbiter et sacrista, et Viuano et a Tassione, sacerdotes. Manifestum est enim quia comendauit nobis condiam Wisla femina sue elemosina et madauit nobis propter Dei amore et genitricis Marie, et pro anima de uiro suo Gausefredus, et pro anima sue ut scripture donacione fecisemus, a predictos presbiteros, de ipsis suis alodes in comitato Gerundense, in uilla que dicunt Lac uel infra eius termines, id sunt, casas, curtes, ortos, terras et uineas, pascuis, siluis, glandiferis, arboribus, cultum et erenum, omnia et in omnibus, quantum illa ibi abebat, uel abere debebat, cum ipsa tonna plena de uino et ipsa tina. Et in alio loco siue cum ipsis condaminas qui sunt in ipso plano ante Gerunda ciuitate, que dicunt ad ipsa Auellaneda, et ipsa terra que illa emit de Ermengards femina ,siue cum ipsis comparaciones que emit de homines uel feminas de uilla Albarex et sunt terras et uineas, cultum et erenum, id sunt, casas, curtes, ortos, glandiferis, arboribus, siluis, pascuis, omnia et in omnibus, quantum illa ibi habebat, uel abere debebat, per qualicumque uoce. Et de alias suas terras que illa abebat in terminio de Palaz siue de Salt, uel in ipso plano, exceptus [i]psas que illa habebat dimissas ad alios homines uel feminas, sicuti et facimus. Donamus uobis predictos alodes totos ab integrum, cum exios et regressios suos, in tale conuentum per unumquemque annum aniuersarium faciatis propter remedium de uiro suo Gausefredus siue pro anima sua. Et ad obitum de Bonushomo, sacrista, remaneat ad Viues et ad Tassione, et illos ad ilium similiter, et illi sic teneant sine blandimento de ullo episcopo, uel aliis omnibus uel feminas, et uos eligatis alios presbiteros ad obitum uestrum. Et de nostro iure in uestro tradimus potestatem ad hoc facere quod uolueritis, iuxta prefatam rationem sicut condam Wisla nobis comendauit et nos aseries condiciones pariter firmatum uel probatum abemus. Quod si nos donatores aut ullus homo aut sexus feminarum qui contra ista scripture donacione ad inrumpendum uenerit, non hoc ualeat uindicare, set in primis ira Dei incurvant et cum Iuda Scariot et Behelzebub, principes demoniorum, particeps efficiat et inantea in duplo uobis persoluat ipsum alode cum sua inmelioracione. Et inantea ista scripture firma permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura donacione kalendas decimbris, anno .XX.III. regnante Rodberto rege.  
Sign+um Ermessindis, gratia Dei comitissa. Senderedus, archipresbiter et (*Cruz*) elemosinarius.  
Sign+um Petro. Sign+um Artal. Sign+um Riculfus. Sign+um Garibert, nos simul in unum qui  
ista scriptura donacio fecimus et firmamus et firmare rogauimus. Sign+um Bernardus Ruuirus.  
Sign+um Gausefredus. Sign+um [Wi]fredus.

Sss Bonefilius, presbiter et monacus, qui ista donacione rogatus scripsi et sss subscrispsi die et  
anno quo supra.

[1018-1035]

*Ermesèn, condesa de Barcelona, recibió el juramento de fidelidad del conde Guifred de Cerdanya quien se comprometió a reconocer la autoridad de la condesa en la ciudad y condado de Barcelona, castillos y fortalezas, y defender sus derechos. Hizo lo propio para la ciudad y condado de Girona, castillos y fortalezas entre las que citó, de manera expresa, el castillo de Finestres, en la frontera con el condado de Besalú y el condado de Osona, donde subrayó los castillos de Cabrera, Besora, Lluçà, Balsareny, Castellnou de Bages, Guàrdia de Súria, Sant Mateu, Castelltallat, Calonge de Segarra y la torre de Suau, en el límes que separaba los territorios de Osona de los del Berguedà.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, perg. Ramón Berenguer I, carp 22, extrainventario nº 2102.

Cf. Carreras y Candi, F. *Lo castell de Besora*. (Barcelona, 1892).

Ed. Miquel Rossell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 222.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 46.

Cf. Aurell, Martí. <<Jalons pour une enquête...>>, p. 317.

Ed. Feliu, Gaspar-Salrach, J. M<sup>a</sup>. *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona...* doc. nº 367.

Ego Guifredus, comes, filius qui fui Ermengardis, comitis, de ista hora inantea no dezerei Ermessindis, comitissa, filia que est Adalaizis, comitis, de sua uita neque de suis membris, neque de ciuitate Barchinona, neque de ipso comitatu quem dicunt Barchinonense, neque de castros et castellos, neque de rochas et puios, condirectos et eremos, qui infra terminos uel in terminos de predicto comitatu Barchinonense sunt, neque de ciuitate Gerunda, neque de castellos quem dicunt Fenestras, neque de comitatu quem dicunt Gerundense, neque de castros et castellos, neque de rochas et puios, condirectos et eremos, qui infra terminos uel in terminos de predicto comitatu Gerundense sunt, neque de uilla quam dicunt Ullastredo cum suis terminis, neque de castello quem dicunt Cabrera, neque de castello quem dicunt Bisaura, neque de castello quem dicunt Luçano, neque de castello quem dicunt Balçaregno, neque de castello nouo quem dicunt ad ipso Bugo, neque de ipso castello qui est in ipsa Guardia de Sonsa, neque de castello quem dicunt Sancto Matheo, neque de castello quem dicunt Talliato, neque de castello quem dicunt Colonico, neque de ipsa turre quem dicunt Suaue, cum illorum terminis quos hodie habet, neque de comitatu quem dicunt Ausona, neque de...(recortado el pergamino).

1019, mayo, 26

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, donaron a Guillem Bertran de Vilalba la jurisdicción, tanto civil como criminal, del término y fortaleza de Vilalba.*

Barcelona. BC, Ms. 729, Vol. 3, fº 16. Regesta y escatocolo siglo XVIII.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 48.

#### Regesta siglo XVIII

“La condesa Ermesindis y su hijo Berengario, conde y marqués, conceden a Guillermo Bertrando de Vilalba *militis fideli nostro* por el servicio que les havia echo la jurisdicción civil y criminal y su ejercicio en la fortaleza, casa y termino de Vilalba.

Actum .VII. kalendas iunii, anno .XXIII. reg. Roberto rey.

Firman Ermesindis, gratia Dei comitissa. Berengario, comes, y Sancia, gratia Dei comitissa. Albertus. Abelardus. Guadallus Gizallo y Poncio, cognomento Bonus. S+m .....et iudex escrips.”

1019, julio, 2

*Ermesèn y Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, asistieron a la ceremonia en la que el vizconde Bermon, haciendo caso de los consejos prestados por el obispo Oliba de Osona, decidió dotar a la iglesia de Sant Vicenç de Cardona con aquellos bienes que habían sido usurpados por sus predecesores y a los que añadió otros donativos.*

A.Cardona. Archivo Ducal de Cardona, armario 31, cajon 120, legajo 1, nº 1.

[B].Cardona. Archivo Abacial de Cardona, nº 37, copia perdida, ex A.

C. Barcelona. BC, Ms. 729, vol. 4, ffº 65-66 y 219-221, copia simple en papel del siglo XVIII ( ca. 1783-1786). ex B.

D. Cardona. Archivo Historico de Cardona, X.16. Archivo particular de D. José Maria Thomasa y Franch, Cardona, 1870, fº 198-201, copia simple en papel del año 1870. ex B.

Cf. Villanueva, J. *Viage*, T. VIII, pp. 285-289, ap. nº XXXII, ex A.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 46.

Ed. Galera i Pedrosa, Andreu. *Diplomatari de la vila de Cardona...*, documento nº 14.

Regnante in perpetuum Christo domino saluatore nostro, anno incarnationis ipsius millesimo nonodecimo, indictione secunda, era M.L.VIII<sup>a</sup>, septo die nonarum iulii. Feria .V., facta est hec dos anno .XXIII.<sup>o</sup> regnante Roberto. Hanc excellentissimus uicecomes Bremundus dotem iussit scribi, quam Sancti Vincentii ecclesie a predecessoribus ablatam restituit, et de propriis ampliauit substantiis. Que hoc modo consistit. Quia difficile est inueniri, ut diuitiis uel dignitate sublimatus seculari, multis obnoxius non teneatur delictis. Idcirco ego Bremundus, uicecomes, ob uarias animae meae curandas egritudines, pontificem adii domnum Olibanum, uidelicet pariterque Ausonensis, cui idem Deo amabilis presidebat pontifex, clerum ecclesie apostolorum principis in Vico fundate nomine, petens ab eis preceptis metalibus instrui, quibus et apud Dominum facinorum ueniam meorum possem adipisci, et patrie celestis felicitate donari. A quibus, cum salutifera quidem et nimis utilia anime percepisse consilia, et si Deus mihi uitam annueret, libentissime facturum me promitterem uniuersa, illud diuina mihi inspirante clementia spopondi etiam, ut si probarent rem facto dignam, Sancti Vincentii apud Cardonense oppidum martiris ad Dei laudem et famulatum sublimarem ecclesiam, adeo quidem, ut non solum que meorum essent uitio precessorum ei abstracta, uel mutilata, predicte ecclesie cuncta reformare satagerem, sed et non parua de propriis Deo disponente adhiberem, quin etiam talem sufficienti clero eiusdem ecclesie canonicum abbatem preficerem, qui armorum penitus expers esset, et diuine facundia scientie et uite puritate, tam docere quam preire clerum et populum merito posset. At si loetali stimulo occumberet, uicecomes qui tunc esset loci ipsius, clerus quoque ac plebs nihilominus scientia probatum et uita ex eadem ecclesia perquirerent et prefferrent. Quod si secus cederet, ita notissimum aliunde rimantes excirent et supradicte ecclesie preficerent, similem uero modum et legem in cuncta successione seruarent. Quod mox saluberrimum ac ualde mihi inter cetera profuturum non etiam paruum fiducie apud diuinam clementiam dixerunt esse habiturum, admonentes tantum ut bene animo conceptum quantocius perducerem ad effectum. Quapropter ego, et pro Christo dilectione, et scelerum meorum obtinenda remissione et genitorum, siue consanguineorum, uel quicumque predictam ecclesiam sublimauerint, et de suis eam donis

locupletauerint, hec cuncta consilio domne Ermesindis, egregie comitise, proliisque ipsius domni Berengarii, excellentissimi eque comitis ac marchionis piissimmi, et magnifici dominique Ermengaudi, Urgellitani excellentissimi comitis, conhibentiaque eorum, uel consensu, non dispari, ac Deo fauente, peregi, et propria manu firmaui, et tam a pontificibus quam et abbatibus et diuersis ordinibus quam a comitibus et diuersarum dignitatum uiris, ut firmarentur, rogaui. Que autem et sancte Cardonensis ecclesie restitui et de prediis et rebus meis ad presens adhibui, sequens istius textus hostendit libelli. Primo cunctas ecclesias que intra Cardonensis terminos habentur oppidi, ecclesie concedimus et restituimus Sancti Vincentii firma ditione et iure, et tertiam omnium decimarum eiusdem ecclesie partem Sancti Vincentii, uidelicet, cum primiciis et offerendis, tertiam quoque placitorum et decimam partem, decimam etiam et tertiam telonei partem et monete. Inter hec dignum non est obliuisci, ut nulla dies unquam debeat amodo praetermitti in agendis quotidianis missarum officiis super sacrum archangeli altare Michaelis, nulla etiam mox interueniat, que cerei lumine in eadem ecclesia non relucescat. Et si proprio careat, a Sancti Vincentii aditu accipiat. Apud Cardonam duo paria prediorum tribuimus, quorum unum in loco est quem dicunt Planitem, alterum uero apud Lordellam; uineam uero pendulam cum altera iacente supra Salis Montem et quodam aruo farraginali; et molendina II, cum ortis et quadam uinea, iuxta fluminis Cardesnarii ripam; et alia duo molendina apud riuum Oderam, iuxta Sancte Marie ecclesiam; et medium quod est apud Siluam Seminatam, cum decima predii quod Gomesendis fuit, presbiteri; medium uero quod Fedantii fuit apud Cardesnarium fluuium; et uineam que fuit Gaudiosi; et uineam apud locum nuncupatum Iuncosam; et siluam, cum terris cultis et incultis, apud locum quem uocant Celatam; terras quoque et uineas, cultas uel incultas, quod Altemiri medium fuit apud locum Fornellos nominatum; et partes iuris mei quas uoce quacumque habeo et habere debedo in loco quem Curuas appellant; et cunctas decimas omnis predii mei, illius uidelicet quod in confinis et locis Cardone contiguis possideo, uel Christo iuuante, possidebo in loco quem Pradas uocitant, terrarum duo paria. Item iuris mei partes, quas uoce qualibet habeo et habere debedo apud castellum Cunillum, cum finibus suis presentibus, uel futuris. Hec que predicta sunt omnia coram Deo et sanctis eius et piis et magnificis christiane fidei predictis uiris, coramque etiam domno Ermengaldo, pontifice Urgellitano reuerentissimo, hec facta quoque probante pariter et roborante, in cuius diocesis predicta sita extat ecclesia, et coram allis uiris non modicis, sancte Cardonensi reformauiti ecclesie in perpetuum habenda et concessi. Quod si quis haec que nos episcopi superius inferiusque descripti, cum abatibus et diuersi ordinis clericis, comitibus quoque egregioque horum donatore uicecomite Bermundo, totiusque dignitatis uiris non solum approbauerimus, uerum etiam roborauerimus, non obseruauerit, et quicquam horum minuerit, aut temptauerit, uel consensor tam nefarie presumptionis extiterit, sed adiutor in uerbo uel facto fuerit, primo iram Dei omnipotentis incurrat et christiane societatis licentiam perdat, quia uelut infidelis ausus est Christi uiolare ecclesiam. Deinde omnium sanctorum perdat patrocinio et nullius peccati per eorum intercessionem unquam habeat ueniam, quia Sancti Vincentii corrumpendo eius ecclesiam consortis eorum disperdere in terris temptauit memoriam. Post haec diabolus dux eius sit semper in uita sua, et supra picem et carbones eius denigratam infelicem animam a corpore egressam in Flegetontis ardantis fluuii profundam imergat undam, et ultrices cum traditore Domini, et his qui fidem abiecerunt Christi, eterni incedii sentiat flamas, nisi cito resipuerit, et quod commisit, uel temptauit, oblata Deo prius poenitentia digna, predicte ecclesie ad iudicium pontificum et abbatis predicti rectum emendauerit.

Ego Geribertus, grammaticus, sperans beati Vincentii martiris precibus adiuuari, hunc dotis ecclesie ipsius libellum anno Incarnationis Domini predicto et diebus scripsi kalendarum et feriarum.

Ermengandus, acsi indignus gratia Dei episcopus +. Borrellus, acsi indignus gratia Dei Ripacurcensis episcopus +. Bermundo, uicecomite *sss*. Sig+num Engoncia, uicechomitissa. Viuas, hacsi indignus *sss* presbiter. Bernardus, Urgellensis episcopus +. Oliba, episcopus +.

[c.1020]

*Sin pretender perjudicar los intereses de la condesa Ermesèn en el condado de Girona, unos testigos realizaron una advocación sacramental sobre el altar de Sant Cristòfor de Llambilles, donde reconocían, en escritura pública, que los bienes de esa población eran propiedad del obispado de Girona.*

[A]. Original perdido.

B. Girona. ACG, Llibre Gran de la Sagristia Major, fº 22v,  
Ed. Martí, Ramón. *Col.lecció Diplomàtica de la Seu...*, documento nº 181.

[Hec] est noticia de ipsis qui iurauerunt fideliter ipsum sacramentum de alude Sancte Marie sedis Gerunde qui est in parrochia Sancti Christofori de Nambilas. In primis iurauerunt super sacrosanctum altare Sancti Christofori, Lobaton, presbiter, Todredus, Vuadalicus, Albaricus, Vuifredus, Gazfredus, Madexo, Dadengus, Ansefredus, Trasoarius. Nos uero suprascripti testes, simul in unum, iuramus per Deum patrem omnipotentium, et per Ihesum Christum filium eius, et per ipsa[s] reliquias que sunt fundate in ipso altare Sancti Christofori, hoc quod uerasciter scimus, et uidimus, et audiuimus de ipso alaude de suprascripta sede Sancte Marie Gerunda, qui est in termino, uel infra terminum, de parrochia Sancti Christofori suprascripti, in ipsa uilla. Nos uero, suprascripti iuratores, hostendemus et monstrabimus suprascriptum alodium Sancte Marie, sine ulla fraudulentia per fidem et ueritatem, et sine ullo malo ingenio, et ad donna Ermessendis comitissa, et ad illos homines quibus ipsa iusserit, uidelicet tam clericis quam laicis et feminis, et nullam falsitatem monstrabimus, sed per omnia ueritatem hostendemus, si quis uero ex aliqua occasione aliud dixerit uel hostenderit.

## 81

[c.1020]

*Ermesèn viuda de Ramon [Borrell], conde de Barcelona, entregó en matrimonio a su hija [Estefanía] al jefe normando Roger de Tosny.*

París. BN, Chabannes, Ademar de. *Chronique*. Edición de J. Chavanon, París, 1897, pp.178-179.  
Cf. Aurell i Cardona, Martí. *Les noces del comte...*, pp. 45-46.

“ [...] Item Normanni, duce Rotgerio, ad occidendos paganos Hispaniam profecti, innumeros Sarracenorum deleuerunt, et ciuitates uel castella ab eis abstulere multa. Primo uero aduentu suo Rotgerius, Sarracenis captis, unumquemque eorum per dies singulos, uidentibus ceteris, quasi porcum per frusta diuedens, in caldariis coctum eis apponebat pro epulis, et in alia domo simulabat se comedere cum suis reliqua medietatis membra. Postquam ita omnes percurrisset, nouissimum de custodia quasi neglegens permittebat fugae, qui haec monstra Sarracenis nunciaret. Qua de causa timore examinati, uicinae Hispaniae Sarraceni cum rege suo Museto pacem a comitissa Barzelonensi Ermensende petunt, et annum tributum persoluere spondet. Erat enim haec uidua, et Rotgerio suam filiam in matrimonium sociauerat. Cum quibus pace facta, Rogerious cum ulteriore Hispania decertare cepit, et quadam die una cum XL solummodo christianis quingentos Sarracenorum electos in insidiis latentes offendit, cum quibus confligens, fratrem suum manzerem amisit, et tertio campum lustrans, et plus centum aduersarios extinxit, et cum suis propria reuesit, nec ausi sunt Sarraceni persequi fugientem.”

1020, febrero, 22

*Ermesèn, condesa de Barcelona, donó el alodio de Laguna Furt situado en el término de la parroquia de Santa Eugènia de Agollell y Sant Feliu de Iel, condado de Urgell, al monasterio de Sant Serni de Tavérnoles.*

[A]. Original perdido.

B. Barcelona, ACA, Cancillería, pergs. Berenguer Ramón I, carp. 7, nº 29. Copia de 25 de marzo de 1229.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 148

Hoc est translatum bene, fideliter factum VIII kalendas aprilii, anno Domini .M.<sup>o</sup> .CC.<sup>o</sup> .XX.<sup>o</sup> .VIII.<sup>o</sup>

In nomine Domini. Ego Ermesendis, gratia Dei comitissa, magnum mihi et satis licitum esse uidetur domum Dei edificare et de rebus meis honorare atque concedere. Audiui enim in plerisque scripturis quod elemosina a morte liberat animam et Domino dicente in euangelio <<date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis>>. Propterea placuit et placet in animis meis, nullus cogentis imperio nec sudentis ingenio, sed propria et spontanea hec elegit mihi bona uoluntas ut karta donacionis fecisset, sicuti et facio, ad domum Sancti Saturnini zenobii, qui est fundatus in comitatu Urgello, iuxta amne Valerie, aliquid de alaudem meum propter remedium anime mee, ut ante tribunatus domini nostri Iesuchristi ueniam merear accipere. Et est ipsum alaudem in iam dicto comitatum Urgello, infra terminos et parrochias Sancte Eugenie et Sancti Felicis, in locutum quod dicitur Laguna Furt. Et affrontat predictum alaudem, de una parte in flumen Valerie et in monte Carchar, de duabus partes, in terra de Eriman et de III in uia que vadit ad yel de me donatore. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sicut dono domino Deo et predicto cenobio francum et liberum et cum decima et primicia, sicut modo habeo uel habere debeo, et aduenit michi per uocem viro meo nomine Raimundo, comitis incliti marchionis, ab omnia quicquid uoluerint facere. Et sic de nostro iure trado in dominio et potestatem Sancti Saturnini cenobii et abitatores eiusdem loci ut orentque pro me et pro uiro meo nomine Raimundo iam dicto et omnibus parentibus meis. Et si quis de iure eorum disrumpere temptauerit aut disrumperit, iram Dei incurrat et sanctorum eius et sit anathema atque in infernum damnatus manea.

Facta ista carta .VIII. kalendas marcii, anno .XXIIII. regnante Rothberto regem, filium condam  
Ugoni magni.

(Cruz) Ermesendis, gratia Dei comitissa, qui ista donacionis pagina libenti animo facio et datali  
manum nostram insigne et signiri iussi.

Sig+num Wadallus, princebus coquorum. Sig+num Geralldi. Sig+num Marchialli, prolis Mironi.  
Sig+num Francho. Sig+num Witardi iuro *sss*.

Witardus, sacer, rogatus scripsi et *sss* die et anno quod supra.

Ego Raimundus Vitalis, scriptor domine comitis, qui hoc traslatum scripsit et hoc Sig+num  
*sss* fecit.

1020, marzo, 31

*La condesa Ermesèn, << [...] per donatione de uiro meo Raimundo, comite, uel per meum decimum [...] >>, y su hijo Berenguer [Ramon I] hicieron donación a la seo de Girona de parte del alodio que poseían en el interior de esta ciudad.*

[A]. Original perdido.

B. Girona ADG. Cartoral de Carlemany, ffºols. 67-68.

Ed. Villanueva, Jaime. *Viage literario*, T. XIV, ap. 15, pp. 296-297.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p.47.

Cf. Martí, Ramón. *Col.lecció Diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 184.

Ed. Marquès, Josep Mª. *Cartoral, dit de Carlemany...*, Vol. I, documento nº 80.

[I]n Dei nomine ego Ermesendis, gratia Dei comitissa, simul cum prole meo Berengario, comite et marchio, donatores sumus Deo et Sancta Maria sedis Gerunda aliquod ex alode nostro quod habemus inframuros predicta ciuitate Gerunda. Donamus namque et concedimus a predicta Sancta Maria, propter amorem Dei et eius genitricis uel omnibus sanctis et propter remedium anime nostre siue pro anima Raimundi, comitis, bone memorie cui requies sit perpetua a Deo concessa. Et est iste alodis uidelicet ipsa turre rotunda cum ipsos muros que sunt ex utraque parte in circuitu de ipsa turre et cum ipso casale, uel curte qui est ante ipsa turre, qui affrontat predictus alodius uel turre cum muribus siue parietibus, de oriente in ipso alode uel pariete de Othono, leuita, qui fuit de condam Pontione, de meridie, in ipsa ecclesia de Sancta Maria siue in ipso cimiterio de predicta ecclesia, de occiduo affrontat in alode de Sancta Maria ubi Raimundus, leuita, habitabat, de uero circi affrontat predicto alode cum turre et muros in nostro proprio alode uel in uinea de nos donatores uel de Raimundo qui fuit condam comite, qui aduenit predicta omnia ad me, Ermesendis comitissa, per donatione de uiro meo Raimundo, comite, uel per meum decimum, et ad me Berengario per uocem parentorum. Quantum istas affrontationes includunt, sic donamus Deo et Sancta Maria, totum ab integrum, cum exiis et eorum regressis, ut ex presenti die et in perpetuum clericis Deo et Sancta Maria habeat potestatem ad possidendum in seruitio Sancta Maria. Quod si nos donatores aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed predicto alode componat aut componamus in duplo, cum omni sue inmelioratione Deo et Sancta Maria, et inantea ista scriptura donationis firmitatem optineat omnique tempore.

Facta ista scriptura donationis .II. kalendas aprilis, anno .XXIII. quod regnare cepit Robertus in Francia.

Sig+num Ermesindis, gratia Dei comitissa, qui ista donatione feci et firmare rogaui. Sig+num Berengarii, gratia Dei comes. Sss Amado, uicecomes. Sig+num Udalardus. Sig+num Raimundus Oliba. Odegario.

Bernardus sacer qui ista carta donationis scripsit sub die et anno sss quo supra.

1020, abril, 6

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, vendieron a los habitantes de “Corrone subteriore” (Corró de Baix) el derecho de poder construir un riego hasta “Corrone superiore (Corró de Dalt).*

- [A]. Original perdido.
- [B]. Traslado perdido de 30 de septiembre de 1168.
- [C]. Traslado perdido de 5 de mayo de 1249, *ext.* de B.
- D. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Berenguer Ramón I, carp. 7, nº. 30. Copia del segle XV, *ext.* de C.
- Ed. Zimmerman, M. *Sociétés...*, doc. 11.
- Cf. Bonnassie, P., *La Catalogne...*, Vol. I, p. 468.
- Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.). *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I.* Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 149

Hoc est translatum fideliter factum a quodam instrumento tenor cuius talis est:

In Christi nomine. Ego Ermessendis, gratia Dei comitissa, simul cum filio meo Berengario, gratia Dei comes et marchio, nos simul in unum uinditores sumus uobis, habitatoribus in uilla Corrone subteriore, quorum nomina, id est: Sitinefredus sacer, Bonifilius, Borrellus, Ennegoni, Petrus, Rigaldus, Marchucius, Ioannes. Vindimus uobis in aquam ex nostre munificencie Dei dono, ut inde inrigitis et enutriatis arbores et ortos uestros, linares uestros, cannabarios uestros uel agrorum segetum uestrorum ac uniuersa uestra plantaria, nemorum, uitium seu frugum quorumcumque generum atque seminum laboratores ac uniuersum genus legumina atque uniuersae nature genus annonae, et ad ussum uestrum producati et protendati longe lateque in omnes locos ubi uobis necesse fuerit et opportunitas uestra exhigerit, sine blandimentum de ullum hominem prouisioni sexus nostre prole subiectos. Vindimus igitur uobis omnibus prescriptis et filii progenies atque posteritas uestra prefixam aquam que se sequestrauerit de riuuculo qui nascitur in ualle Rouerarias, et in ualle Leuercuosa, et in ualle Canalilias, et Petras Albas. Et ipsa aqua pergit per illarum solitum regum et descendit usque in uilla Samalucii, sicuti presenti tempore inde discurrit suum discursum, ipsam aquam prefixam sepe nominatam uindimus eam uobis in prescium mancusos quatuor de auro cocto legittime pensatos nobis placibiles. Est manifestum. Quem uero predicta aqua que uobis nos uindimus ad uestrum regum faciendum et confortandum, sicut premisimus cum alias uenas fontium aquarum qui oriuntur ibidem in omnes locos subtus ipsum caput regum prenotatum qui pergit ad Samalucio prenotato, et ita de nostro iure in uestro contradimus dominio et potestate ad agendum et faciendum quodcumque uolueritis ad uestrum proprium. Et ipsi habitatores de Samalucio iam dicto caueant se ut non dissimpte alias aliquam aduersanciam faciant ad uestrum regum subteriorem, regunt sine iurgio et modestia, nisi uos habitatores Corronis dissipetis nec aliquam contrarietatem faciatis ad ipsum superiorem regum de Sammalucium; et ita uos habitatores de uilla Corroni superiori quiete et secure possideatis ipsum uestrum subteriorem regum sine iurgio et modestia; et ipsi habitatores de Samalucio similiter possideant illorum superiorem regum secure et quiete sine iurgio et modestia et aliqua contrarietate. Et non sit licitum nobis de Corrone mutare

uestrum regum super discursum de regum prefixum de hominibus Samalucii, nec uobis prefixi de Samalucio sit licitum mutare uestrum superiorem regum super discursum de regum subteriorem de hominibus de Corrone, set ita maneant ipsi prelibati decursus regorum prefixi sicut nouiter nunc sunt constructi et nominati et terminati et a nobis superius sunt ordinati et digesti modo uel omniue ipsi. Et qui hanc nostram determinacionem transgredire temptauerit uel istam nostram missionem iracunditer concesserit, componat nobis in uinculo et in nostro constituto placito sub nostra presentia .CC. solidos monete gosse, centum nobis fructuros et centum si contrarietate uel littem intulerint, et riariam ad solum cursum illorum aque reuertantur de ipsis prenotatos regos. Qui currit denotata aqua in comitatu Barchinonense, in Vallense, in latere montium Figuerarias uel in ipsas uias, et protenditur usque in ipsa Mata Vernaria. Hec omnia prefixa et ipsa omnia a nobis terminata sicut prediximus et supra retulimus, sic ea nobis nuperioribus de uilla Corron similiter uindimus propter precium prefixum et iure uesta tradimus, sub ea uidelicet ratione ut per ipsa aqua non sit nobis licitum ibidem alium senioraticum uel baiolum adclamare uel facere nisi nos et posteritas nostra.

Facta uindicione VIII idus aprilis, anno XXIIII regnante Roberto rege, filium quondam Hugoni.

(Cruz)Hermissindis, gratia Dei comitissa. (Cruz) Berengario, gratia Dei comes et marchio, nos qui ista uindicione fecimus et firmare rogauimus.

Sig+num Bernardus Ouasius. Sig+num Guadallo. Sig+num Guilmundus Baiaricus. Sig+num Odalgane.

Sss Ermemirus, laycus, qui ista carta uindicione scripsi et die et anno quod supra.

Sss Bernardi, monachi, qui hec fideliter translatauit II kalendas octobris, anno XXXII regnante Ludouici rege Iunioris.

Sig+num Bernardi de Caderitam. Sig+num Iacobi de Portu, notarii. Sig+num Guillelmi de Denia, notarii.

Sig+num Amari de Grua, notarii Barcinone, qui hoc translatum fideliter transcribere fecit et clausit .III. nonas madii, anno Domini .M..CC. X.<sup>o</sup> L nono.

1020, julio, 15

*Ermesèn, condesa de Barcelona, y su hijo Berenguer [RamonII] asistieron a la ceremonia de consagración de la iglesia de Santa María de Manresa. Dicho acto fue oficiado por el obispo Oliba junto a los conocidos magnates Gombau de Besora, Bernat Guifred de Balsareny, Guillem d'Oló o Mediona, levita, Miró de Súria, otros nobles y pueblo .*

- [A]. Original perdido.
- [B]. Manresa. ACM. Copia de reparación del original perdida, realizada el 10 de abril de 1077 por el sacerdote Miró de Santa María de Manresa.
- B. Manresa, Arxiu Històric de la Ciutat, *Llibre de Privilegis*, vol. I, ffº. 80-84. Copia de 1346 ex A.
- [C]. Copia del 21 de abril de 1422, elaborada por Jaume Galceran, notario de Manresa, perdida, *ex originali carta sive instrumento* (ex. A).
- D. Vic, ACV, cal. 19, sign. 15 (Pabordia del mes de abril). Copia del 26 de mayo de 1518, llevada a cabo por Joan Sala, notario de Manresa, ex. A.
- E. Vic, ACV, Mensa Episcopal, sign. 963, cuaderno solt, s.f. Copia del siglo XVII, ex. C.
- Ed.. Corbera, E. de. *Cataluña ilustrada*. Nápoles 1678, pp. 416-417, ex.[ A].
- Ed. Marca, P. *Marca Hispanica*. ap. CXCIII, cols. 1031-1034.
- Ed. Junyent, E. *Diplomatari i escrits*, doc. 63, pp. 93-98.
- Ed. Ordeig, R. *Les dotalies*.vol. II, ni 137, pp. 27-31.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 48
- Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI*. Documento nº 809.

Quoniam, sicut scriptum est, omne quod antiquatur et senescit prope interitum fit, ideo quedam necessario renouata gaudent essenciali uiuificatione, siue que lapsa sunt restauracione, siue que corrupta sunt emendacione. Vnde huiusmodi causa est qua nouella huius scripture manifesta series in se relatam antique dotis testis asserat ueritatem per quam fideles Christi semper possint requirere ac debeant defendere res ecclesie in honore gloriose matris Virginis Marie in Minorisa ciuitate constructe. Hec igitur cartula iuuacula, quasi filia illi antique compaginata, quasi ueternose matri concors, adhibet solicium, per quod recreata uires habeat, per quas predicta ecclesia contra sacrilegos et inimicos Christi se clara uoce defendat, cuius uocis auctoritas affirmat prefate ecclesie hoc modo et adquisita et adquirienda excommunicationis retinet nodo. Hic uero quamuis non eadem sit scripture translata, eadem sunt uerba scripture ita relata.

Notum sit omnibus quod facta est persecutio paganorum tempore domini Raymundi comitis et ab eis uastata est ciuitas Minorisa destructure sunt ecclesie et a fundamentis euulse, ita ut non remanserunt in eis uolumina librorum siue instrumenta cartarum. Venit autem non post multum temporis domna Ermessendis comitissa cum filio suo Berengario, marchione comite, secum habens dominum Olibanum, pontificem Ausonensem, et requisuit predia atque possessiones ecclesie Sancte Dei genitricis Marie in prefata ciuitate constructa et cum non inuenerit dotem istius ecclesie quam illi fecerunt dominus Georgius, epsicopus et Suniarius, comes, tempore consecrationis, requisuit antiquos inspectores terminorum, sicut legis docet auctoritas, qui ipsam dotem uetustam et amissam prefata persecutione cognitam habebant et terminos parrochie Sancte Marie prefate pleniter agnoscebant, sicuti resonabant in iamdicta dote que amplius quam triginta annos habebat postquam edita fuit a suprafato episcopo. Et fuerunt inuenti ueridici testes quorum

nomina hec sunt: Gaucefredus, Bonusfilius, Perna, Sidela, Honofredus, Ennego. Hii, scientes terminos ab antiquitate dierum locupletati abundanter, non compulsi necessitate sed idonei in ueritate, narrauerunt de terminis supradicte ecclesie et omnia que fuerunt illi tradita dote uetusta recensentes per ordinem, sicut scriptum est in supra connexa a muribus erosa uel incuria precedente scriptura. Sicut ergo predicti testes narrauerunt, clerici uel canonici fideles predice ecclesie in ea conscripserunt et post Georgium episcopum et Suniarium, comitem, qui tempore consecrationis constituerunt predicta, etiam Ermesendis, comitissa et Berengarios, comes, filius eius, asseserunt. Multiplicatus itaque passim terminus uadit ante ipsam turriculam que nunc dicitur de Chinuerga, femina et peruadit ad locum quem uocant Perelionem et sic descendit in flumen Lubricati et peruadit ad uadum de Nauarculis et per oram fluminis predicti suptus ecclesiam Sancti Benedicti, ita tamen ut per loca unde prefatum flumen discurrit prescripta ecclesia Sancte Marie sua iura retineat. Deinde uadit terminus ad ipsam Plantam et sic per ipsam Chenosam et sic descendit per ipsum flumen ante Matam Archus, quomodo ipsum flumen descendit ad locum quem dicunt Angulum et transit ante ipsum solarium quod fuit Guillermi Blanchi et quomodo ipsum flumen transit ante ipsas Buadas, et sic ascendit per rupen usque ad collem de Terra de Ollariis et sic uadit ascendens in podium super uillam cui nomen est Raffechs et sic descendit in flumen quod uocant Cardasnarium et pertransit et ascendit per ipsum collem qui dicit ad aquam de Corneto et sic ascendit per domum que fuit de Faquil et subrigit se ad summitatem podii de Altaione et sic pertransit per summitatem serre usque ad ipsum collem de Arbocio et sic descendit ad ipsum sallentem riui Corneti et sic ascendit per ipsam uallem de Gallicantia et peruenit ad ipsum collem Bassum et pertingit per summitatem ipsius serre ad ipsum gradum super Vallem Formosam. Deinde uadit sicut aqua uergitur ad ipsam Guardiam super Vallem Formosam et pergit per ipsam artigam Liuigelli et uadit per ipsum Balcol Rubeum et peruenit usque in summitatem de ipso Plano de Fals et uadit ad ipsum Collem Bassum de ipsa Guardia Manresana et descendit per ipsam uallem et peruenit ad ipsam serram de Monte Cunillio et sicut aqua descendit peruenit ad ipsam Portellam et descendit in alueo Cardesner. Deinde uadit per riuum de Vinea Mala usque ad uillam de Rallo. Deinde uadit ad ipsam serram et descendit ad ipsam Cot et uadit per Ulzinellas usque in alueum Lubricati. Hos quippe terminos fuisse nouimus in predicta dote prescripta quam iam dictus antistes cum sepedito comite fecit ecclesie prefate Sancte Marie de Minorisa, per quam in iure illius et dominatione consignauerunt et corroborauerunt omnes decimas et primitias de possessionibus que infra hos terminos sunt et altaria siue ecclesias que similiter infra hos terminos erant, simul cum ipsis decimis de alode comitali et dominico et cerarum medietatem quas soluebant penitentiales qui erant de ipsis marchiis usque ad flumen Lubricati. Et nos ea que dicimus recte et ueraciter testificamus atque iureiurando confirmamus per superannixum iuramentum in Domino. Hec sunt autem nomina ecclesiarum que sunt infra suprascriptos terminos que resonabant in dote prefata: Sancta Maria de uilla Maiore et Sanctus Fructuosus et Sanctus Ascisclus et Sanctus Ioannes et alie ecclesie que infra suprascriptos terminos erant. Ego quoque Olibanus episcopus, cum assensu iam dicte domne Ermesendis, comitisse, suique filii domni Berengarii, comitis, consigno atque confirmo omnes res predictas quas testificati sunt testes suprafati ad opus ecclesie Sancte Marie de Monorisa in iure et dominatione illius ut abinceps quiete et libere ibi permaneat. Si quis autem hoc iniuste disrumpere temptauerit sub anathematis uiinculo eum alligamus quosque quod iniuste egerit ad iustitiam reducat, et insuper pro sua temeritate libras duas auri componat prefate ecclesie Sancte Marie.

Actum est hoc idibus iulii, anno Domini XX post millesimum et XXV regni Roberti regis.  
Ioucefredus, sacer et testis SSS. S+Bonusfilius Perna. S+Sidela. S+Ennego. S+Onofredus. Nos  
testes hoc testimonium dedimus et iure confirmauimus, sicut supra insertum est.  
Hec est tertia pagina uel scriptura ab illa prima dote conscripta et secunda ab illa que prima facta.  
Exemplar sacrilegis tentibus quod est rediculum quasi captiuia cibus absumpta multum perdidit  
uersiculum. Hinc est quod in extrema parte corrupta quedam seruat indicia nominum Olibani,  
episcopi Ausonensis et comitis Ermessindis et Berengarii eus filii, comitis Barchinonensis, qui  
etiam fuerunt firmatores signis uel subscriptionibus suarum manuum omnium rerum supra  
adquisitarum et iuste deinceps adquirendarum, ut prefata uel sepedicta ecclesia semper possideat  
et in suo blandimento subiecta diocesi retineat ut nemo uinculum anathmatis soluere audat.  
Olibanus, sancte Ausonensis ecclesie episcopus et abbas. Ermesindis, comitissa gratia Dei.  
Berengarius, gratia Dei comes et marchio, nos simul cum iam dicto pontifice has conditiones et  
suprafate dotis reparationem roborauiimus et testes ad hec firmando accedere rogauiimus. S+m  
Gondebaldus Bisorensis. S+Bernardus, Guifredi filius. Wilelmus, leuita, huius rei testis.  
S+Witardus, presbiter, huius rei testis. S+Ermemiro, sacer, huius rei testis. S+Sonnifredus, sacer,  
huius rei testis. S+Viuanus, sacer, huius rei testis. S+Miro Sorisensis, huius rei testis. Guifredus,  
leuita, qui et iudex, qui hunc testimonium fideliter recepi et subscripsi. S+Witardus iudex *sss*.  
S+ Poncius cognomento Bonusfilius, clericus et iudex, qui hec scripsit et *sss* die et anno prefixo.  
*sss*. Miro, sacerdos ecclesie Sancte Marie ciuitatis prelibati Minorise, huius pagine scriptor et  
dotis antique transcriptor .III.to idus aprilis, anno Domini ab Incarnatione sunt millesimi  
.LXXVIII. et est anno .XVII°. Philippi regis franchorum, et sub *sss* prefato die et anno.

1020, septiembre, 13

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, presidieron el juicio celebrado en el monasterio de Sant Cugat del Vallés donde se dirimió la posesión del castillo e iglesia de Sant Pere Sacalm.*

[A]. Original perdido. Montserrat. Archivo de Montserrat, caj. 16, legajo I, fº 32.

B. Barcelona. BC, Ms. 729, SACM, Vol. 3, ffº16-17. Copia del P. Ribes.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 64.

“La condesa Ermessendis y su hijo el conde Berengario hallándose en el monasterio Sancti Cucuphati, para celebrar la fiesta de dicho mártir, estando presentes domno Oliba episcopo, obispo Ausonense, Pedro obispo Gerundense, Guitardo abad de dicho monasterio, Udalardo vizconde de Barcelona, Veremundo vizconde Ausonense, Mirón Ostolense, Riculfo su hermano, Ugo Cervilionense, Gondevaldo Bisaurense, Udalardo Gerundense, Bernardo Gurbitense, Raimundo Subiratense, Seniofredo Rivirubei, Seniofredo Lucianense, Guifredo juez Ausonense, Udalchario hijo de Geriberto de Petra, y otros muchos buenos hombres que se habian allí juntado para la celebridad de tanta fiesta, requeridos dichos condes por los monjes de Santa María de Ripoll, llamados Eldesindo, Arnaldo y Guifredo para que les restituyesen el alodio del castillo e iglesia de San Pedro de Cama, en Evolesa, que era propio de dicho monasterio, vista su justicia, restituyen y reconocen por de dicho monasterio toda esa hacienda y le ceden todos sus derechos y acciones. Por cuya causa Oliba obispo Ausonense y abad de dicho monasterio, con toda la congregación de monjes a él encomendada, a ruegos de la piadosa condesa y de su hijo, instituye un aniversario perpetuo por el alma del conde Raimundo en el día después de la Natividad de la Santísima Virgen.>>

Facta recognitione uel donatione, idibus septembbris, anno .XXV. regni regis Roberti.

Sig+num Ermessendis, gratia Dei comitissa. Sig+num Berengarius, comes et marchio. Sig+num Elrici. Sig+num Seniofredi Lucianensis. Sig+num Guifredus, leuita, qui et iudex. Sig+num Senderedus, iudex. Sig+num Ermemirus.

Oliba, sancte Ausonensis ecclesie episcopus, licet indignus et abbas ss.

Wilielmus, gratia Dei episcopus Ausonensis ecclesie ss. Mironis ss. Villielmus, ss. Ss. Petrus, abba ista confirmo. Salomon, sacer et iudex.”

1020, noviembre, 4

*Ermesèn, condesa de Barcelona, presidió en Olèrdola el juicio donde Rosell y Guitard, abad de Sant Cugat del Vallès, alcanzaron un acuerdo sobre un alodio que había pertenecido a Igiga quien, en su momento, había decidido donar dicha propiedad al cenobio vallesano.*

B. Barcelona. ACA, Cart., fº 125 v, nº 412.

Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallès*. Vol. II, documento nº 479.

Omnibus [h]ominibus Deum credentibus cognitum sit qualiter actum est placitum ante domna Ermessindis, comitissa, suorumque procerum uel iudicium in ciuitate Olerdulla, uidelicet, inter Guitardum, abbatum, et homo nomine Rossello, ex alaude qui fuit de condam Igiga, quem relinquit ad domum Sancti Cucufati per scripturam firmam sub tali deliberacione, ut filius eius tenuisset et dedisset per singulos annos solidos .X. ad domum Sancti Cucufati. Quem postea uendidit filius eius partem ad quam prefatum Rosellum et conseruauit ibidem residui patri sui ad opus iam dicto cenobii. Requirente autem hoc prefato abbate, inuenit ipsum alaudem in potestate Rosello uineis edificatum domosque cuiu turre constructum. At ego Rossellus recognosco uocem Sancti Cucufati et relinquo eum in sua potestate perpetimabiturum predictum alaudem, ab integrum, ut ego et posteritas mea teneamus per concessui abbate Sancti Cucufati et demus per omnes annos fideliter ipsa tascha tam ex fruges aridas quam et humidas, et permaneamus in ominatico abbe Sancti Cucufati, et nullum alium seniorem exinde eligamus nec proclamemus, nec licitum sit nobis ad aliud uindere nec alienare, nisi ad abbate Sancti Cucufati. Et si quis hoc disrumpere uoluerit aut ego Rossellus aut ulla posteritatis mee aut ego Guitardus aut ullus successor meus aut ulla persona componamus cemtum aureos solidos, soluat ad partem quem molestauerit, et insuper hunc pactum scripture largitionis uel definicionis plenam obtineat firmitatem per omne euum.

Facta carta uel definicione .II. nonas nouembris, anno .XXV. regnante Roberto, rege.

Guitardus, gratia Dei abba, sss. S+m Rossellus, nos simul qui hunc pactum definicionis uel largitionis atque conuencionis fecimus firmatoresque testes accedere rogauiimus. S+m Gondebalus de Pax. S+m Tedmar de Menerbensis. S+m Guitardus de Bagnarias. (Cruz) Ermessindis, gratia Dei comitissa. (Cruz) Berengarius, gratia Dei comes et marchio.

Gontarius, monachus, qui ista carta scripsi et sss die et anno quod supra.

1021, enero, 28

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, hicieron una serie de donaciones al monasterio de Sant Llorenç del Munt.*

- B. Barcelona. ACA, Cart., fº 1, nº 22. Copia s. XIII.  
 C. Barcelona. ACA, 82 bis.(Traslado de 1318).  
 D. Barcelona. ACA, Moncales de Hacienda, legajo 119, nº 2 pieza [8]. (copia auténtica datada en 20 de febrero de 1618).  
 D'. Barcelona. ACA, Ibidem, legajo 119 nº 2 pieza [26] (copia simple).  
 Montserrat. Archivo Abadia Montserrat *Speculo*, 29 (Priorat de la Llacuna) nº 4.  
 Cf. Vergés. *Sant Llorenç del Munt. Son passat, son present i venider*. Barcelona, 1871, p.123.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 46.  
 Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. II, documento nº 191.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento, cuius tenor talis est. In nomine Domini. Ego Ermesendis, gratia Dei comitissa, una cum filio meo Berengario, marchione, comite, Domino Deo et cenobio Sancti Laurencii sum donatrix. Manifestum sit enim quod dono iam dicto cenobio Sancti Laurencii Sancteque Marie ac Sancto Michaeli, quorum altaria constructa sunt in sublimiore monte supra Terraciam, quod tibi Agario abbatи cuncteque congregacioni monachorum tibi subiecte, aecclesiam eremam Sancte Marie, qui sita est infra terminos castri Villa de Mager in loco cognominato Lacuna cum omnibus suis alodiis que hodie habet, quod inantea acquisitum est et cum omnibus pertinenciis et adiacenciis et ciminceris et defunctionibus et oblacionibus fidelium christianorum et cum decimis omnium suorum alodiorum et primiciis, ut tu iam dictus abbes rehedifaces hanc ecclesiam, et officia diuina ibi peragere monachis tuis uel religiosis uestris facias, et sub nostro patrocinio eam cum omnibus rebus, quas hodie habet et inantea adquisitura Deo protegente est, tu et omnes successores tui teneatis et possideatis et quicquid inde acquiri potuerit habeatis. Censum autem nullum persoluatis exinde neque aliam redibicionem reddatis, set quiete secureque possideatis et firuatis. Terminatur autem hec ecclesia cum alodiis suis a parte orientis in ipsa ualle de ipsa Spelunca Sallonaria et sic descendit per radices ipsius montis in directum per ipsas Planas usque in aragallum Fraxinosum qui discorrit tempore pluuiarum, a meridie intus in ipso boscho de Bragadella, ab occiduo in ipso aragallo qui discurrit et ascendit in ipsa serra et uadit usque ad ipso monte de Bragadella, a parte uero circii in ipso aragallo. Preterea damus uobis pariliatam nostram integrerit, quam habemus iuxta collem de ipsa ualle, sicut tenet de ipsa uia usque in sumitate montis de Argudella cum ipsa decima, hec omnia tali pacto uobis et iam dicto cenobio damus, ut Scluua prebiter teneat suprascripta omnia omnibus diebus uite sue per uos et successores uestros, et post obitum suum reuertatur monasterio uestro cum omnibus que ibi acquirere uel emere potuerit sine aliqua contrarietate et sine uinculo ullius hominis uel femine ad uestrum plenissimum proprium. Quod si nos donatores aut aliquis homo uterque sexus hanc munificenciam largitionis disrumpere temptauerimus aut temptauerit, componamus aut componat prefata omnia in duplum et insuper hec donacio omni tempore firma permaneat.

Actum est hoc .V. kalendarum febroarii anno XXV regni Robesti regis, aera .LIIII. post millesimam.

(*Cruz*) Ermesendis, gratia Dei comitissa. (*Cruz*) Berengarius, gratia Dei comes et marchio, nos qui hanc donacionem fecimus et testes firmare eam rogauimus. Sig+num Gondeballus Basorensis. Sig+num Mironis, uicarii castri supradicti Villa de Mager. Sig+num Guitardus, frater eius. Sig+num Geriberti, fratrī eius. Sig+num Bernardi de Sole Terre. Sig+num Barrelli de Castro Fodexio. S+ Deusdedit, gracia Dei acsi indignus episcopus. Sss Wadaldus, archileuita *sss*. Sss Geribertus, iudice. S+ Miro, leuita. Vuitardus, iudex. Sss Arnulfus, clericus Vici. S+ Poncius, cognomento Boni Filii, clericī *sss*.

(*Crismón*) Iohanes, leuita, qui omnia superius scripta exarauit que tradidit in potestate Ogarii abbatis et sub *sss* die et anno quod supra.

Sig+num Raimundi de Auinione, notarii Barchinone testis. Sig+num Guillelmi Coscoy, auctoritate regia notarii, testis huius translati.

Sig+num Berengarii de Vilalta, notarii publici Barchinone qui hoc translatum sumptum ab originali suo et cum eo comprobatum scribi fecit et clausit .XVI. kalendas decembris anno Domini .M°. .CCC.º octauo decimo.

1021, septiembre, 26

*Ermesèn, condesa de Barcelona, donó al monasterio de Santa Cecília de Montserrat el alodio de Torroella, condado de Manresa*

[A]. Original perdido.

B. Barcelona, ACA, Monacales de Hacienda, pergs. de Santa Cecília de Montserrat, caja 10, legajo 22, carp. 4, nº 7. Copia del siglo XI-XII.

C. Barcelona. ACA, ÍNDICE, fº 79. Regesta del siglo XVIII, *ex B.*

D. Barcelona. BC, Ms. 729, Vol. 3, fº 3. Regesta del siglo XVIII, *ex B:*

E. Madrid. BPRM, Ms. 2520, fº 97v. Regesta del siglo XVIII, *ex B.*

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona..., p. 39.*

Ed. Altés i Aguiló, F.X. <<El Diplomatari del monestir de Santa Cecília de Montserrat>> en *Studia Monastica.* Abadia de Montserrat. Vol. 35. Fasc. 2. Año 1995. Documento nº 132.

In nomine Domini. Ego Ermesindis, gratia Dei comitissa, manifestum est enim quia donatrice sum a Domino Deo omnipotenti et Sancte Ceciliae cenobii et Sancta Maria et Sancti Petri, qui sunt fundati in comitatum Minorisa in Monte Serrato, propter Deum et remedium anime de domno Reimundo comite, qui est condam, qui fuit uir meus et pro anime de me indigna et peccatrice, ut Deus omnipotens miserator et misericors fiat ei pro animas nostras dono namque ibi aliquid de alodem meum qui mihi aduenit per comparacionem siue per omnesque uoce. Et est ipsum alode que est insula, cum terris, cum mulnares, cum capud aquis et gleuarios, cum petrarios, cum omnes ageccencias, cum cursum uel incursum, que a molinarios pertinent in comitatum Minorisa in locum que uocant Turrezella. Et adfrontat ipsa insula, cum turris, cum mulnares, cum capud aquis et rego et resclosa et petrarios, de orientis in ipsa rocha ultra flumen Kardesnario, de meridie in guado Pedroso siue in alode de me donatrice, de hocciduo in rio de Quarza siue in alode qui fuit de Solcrado, de circii in cacaou qui fuit de Ellefredus siue in rocha de Sancti Sebastiani. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono atque trado ipsa insula cum terra cum mulnares suprascriptos, totum ab integrum, cum exiis et regresiis earum, et de meo iure in uestras dominaciones et potestates trado de Sancta Cecilia, et Sancta Maria, et de Sancti Petri qui sunt cenobii suprascriptos propter Deum et remedium de domno Reimundo comite qui est condam et de me Ermesindis comitissa. Quod si ego donatrice aut ullusque omo qui contra hanc ista carta donacione uenerit pro adinrumpendum, non hoc ualeat uindicare nec disrumpere, set componat ipsa hec omnia in duplo, cum omnem suam inmelioracionem et inantea ista carta donacione firma permaneat. Et qui hoc ista scriptura uoluerit disrumpere cum Iuda Schariocis participacionem abeat in infernum et cum Beelezebub princebs demoniorum in claustris infernis participacionem abeat, hoc modo uel omnique tempore.

Facta ista carta donacione .VI. kalendas october, anno .XX.<sup>o</sup> .VI.<sup>o</sup> regnante Rodbertus rege.  
Sig+num Ermesindis, gratia Dei comitissa, qui ista carta donacione fecit et firmauit et firmare  
rogauit. Sig+num Bernardo Guifradus. Sig+num Bernardo Amato. Sig+num Bernardo Reuir. *Sss*  
Bernardus, prepositus et arcidiaconus.  
*Sss* Rechosindus, subdiaconus, scripsit ista carta donatione *sss* die et anno quod supra.

1021, noviembre, 8

*Ermesèn y Ramón [Borrell J], condes de Barcelona, vendieron en su día a Trudgars y a su hijo Embremundo una pieza de tierra situada en el término del castillo de Orsal, en un lugar denominado Montari. Ahora éstos han decidido donarla al monasterio de Santa María de Ripoll.*

B. Vic. ACV, Pabordia de Palau, fº 68, nº 21. Regesta  
Cf. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, p. 288.

“Donatio que fa Trudgars y sonfill Embremundo al monastir de Sta. Maria de Ripoll de una pessa de terra que ell avia comprada al comte Don Ramon y a Ermesendis comptesa en lo terme del Castell de Orsal en lo lloch de Montari feta a 8 de novembre lo any 26 del Rey Robert que lo any 1016 testificada per Joan monjo y sacerdot.”

[Principios de 1022]

*En ese año se llevó a cabo la conminación lanzada contra los nobles del obispado de Vic. Amenaza nacida en el seno del concilio provincial de Narbona. En la misma se obligó a éstos a restituir todos los bienes usurpados a la Iglesia. Entre esos grandes personajes encontramos a Ermesèn y a su hijo Berenguer [Ramon I] quienes quedaron al margen del inminente peligro de excomunión.*

[A]. Original perdido. Vic. ACV, Caj. 9, *Episcopologio* II, nº 33.

Ed. Flórez, *España Sagrada*, XXVIII, ap. XIV, pp. 286-287.

Ed. Migne, *Patrologia Latina*, tomo 142, col. 607-608.

Ed. Montsalvatge, *Noticias Históricas*, IX, ap. XIII, pp. 233-235.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 68.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI*. Fascicle I, documento nº 816.

Wifredus, sanctae prime Sedis Narbonensis archiepiscopus et que conuenit apud Narbonam sinodus, dilectissimis in Christo filiis Be[r]imundo, uicecomiti Ausonensi, Gerallo Caprarensi, Bernardo Gurbensi, Wisado Ellemari, Bermundo Taratellensi, Witardo Muricensi, Mironi Salliforensi, Ugoni Ceruulensi, Eldrico Aurisensi, Seniofredo Lucianensi, Wifredo Balciarensi, Bernardo Reuuirensi, Wilelmo Montaniolensi, Bernardo Touensi, salutem karissimam et benedictionem perpetuam. Cum in Dei omnipotentis nomine congregati, de necessiarum rerum causis conqueremur, surrexit in medio nostrum dilectissimus frater et coepiscopus noster Oliba, narrans qualiter beati apostolorum principis predia fidelium sibi dono concessa, uobis inilicite usurpetis, et in uestros quod Dei est usus expendere non formidetis. Quocirca dilectissimi nimium miramur quid sit quod Deo sic sua tollitis, uel quare quos parum sui est non illi relinquitis, ut uestri multum possideatis. An qui uobis est pontifex ordinatus non que Dei sunt pro debito sicut dispensat ut in prae uoluntatis facibus illa distrahat? Quomodo autem uos aecclesiae pie matris filios estimatis uel debitum ut matri consequens est honorem impenditis, si exterorum more in partes traitis quod ab illa uiolenter aufertis? Videte autem quantum quod agitis ab omni rectitudinis absistat tramite, et uos immergit in laqueos iniustitiae dum quod sanctissimorum patrum seuerissima constat excommunicatione firmissimum sic ducatis ad nichil, ut uos talis damnatio, nisi Deus auerterit possideat in aeternum. Ammonemus igitur uos per Patris et Filii, et Spiritus Sancti sempiternam unamque deitatem, et per beati apostoli Petri, cuius uicem inmeriti tenemus auctoritatem, et uos dirigitis facultatem et per omnium nostrum nobis ligandi et soluendi a Deo traditam potestatem, ut reminiscentes mali quod facitis dum Dei iustum iniuste tenetis, usque ad superuenturam sancti Iohannis Baptiste primam festiuitatem reddatis Deo aecclesiaeque matri quod perdidit, ut Deus uobis uestra custodiat que concessit. Si autem, quod absit, nostram ammonitionem parui penderitis et increpationem neglexeritis, nos sanctorum patrum uestigia sequentes, ut illi talia interdixerunt, interdicimus, et per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, nisi nostris dictis credideritis, uos et qui talia uobiscum egerint excommunicamus, et a liminibus sanctae Aecclesiae uos extraneos iudicamus; et omnes presbiteros uel cuiuscunque ordinis clericos qui uel uobis uel in aecclesia in qua uos fueritis aecclesiasticum officium facere presumpserint, similiter excommunicamus. Quicquid autem frater et coepiscopus noster Oliba exinde soluerit, hoc nos soluimus; et quod ligauerit, hoc

ligamus. Domnam uero Ermessindem, commitissam, et filium eius Berengarium, ab omni ista excommunicatione excipimus; simulque illam per Deum et rogamus et commonemus ut Sancto Petro suoque pontifici honorem debitum impendat, nec illum paciatur in quantum potest dispendium sustinere iustitiae. Sicut autem eum uiderit diuinum opus exercere uelle pro posse, sic curet illi nocentes potestatiue corrigere, atque omnimodis adiuuare, sciens sibi prouenire ad lucrum, si non eum passa fuerit sui sustinere solacii detrimentum.

Guifredus, sancte prime Narbonensis ecclesie episcopus, *sss.* Adalbertus, episcopus, *sss.* (*Cruz*) Stefanus, episcopus Agatensis, *sss.* (*Cruz*) Stefanus, [Biterrensis] episcopus, *sss.*

## 92

1022, abril, 12

*Ermesèn, condesa de Barcelona, empeñó a favor de Bernat Sendred el castillo de Sallent con las iglesias de “Sancti Stefani” (Sant Esteve) y “Santa Maria” (Santa Maria), condado de Osona, como garantía de la donación del feudo de “Villa de Mager” (Vilademàger).*

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Berenguer Ramon I, carp. 7, nº 41 dupl.

C. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Berenguer Ramon I, carp. 7, nº 41 tripl. Copia de 8 de abril de 1190.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI.* Fascicle I, documento nº 819.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I.* Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 159

In nomine Domini. Ego Ermesindis, comitissa, inpignoratrice sum tibi Bernardus, filio Sendredus. Per anc scriptura inpignoracionis me inpignoro tibi kastrum, quem dicunt Sallent, cum ipso feuo qui ad ipsum kastrum pertinent et cum ipsas aeclessias Sancti Stefani uel Sancta Maria qui ibi sunt in Sallent, cum .X. mas et primicias, cum fines et termines qui ad ipsum kastrum pertinent. Et afrontat ec omnia de parte orientis in terminio de Artes, de meridie in ipsa Frankeda de Menressa, de occiduo in terminio de Bugo uel in Balccaregno, de uero circii in termino Auignone. Quantum infra istas totas afrontaciones includunt, sic inpignoro tibi ista omnia suprascripta, totum ab intecrum, cum exiis uel recresis earum, in ea uidelice racione, quod si usque ad festiuitate sancti Felicis, qui est in kalendas augustas, prima ueniente, ego Ermensindis, comitissa, tibi Bernardus suprascripto donatum non abeo ipsum kastellumque dicunt Villa de Mager, cum fines et termines suos, sine tuo enkanno, incurrat ista omnia suprascripta ad tuum proprium alaudem ad facere quod uolueris in Dei nomine firmam abeas potestatem. Quod si ego inpignoratrice aut ullus omo uel feminas qui contra ista scriptura inpignoracione uenerit ad inrumpendum, non oc ualeat vindiccare, sed compono uel componat ista omnia suprascripta in duplo cum omnia sua inmilioracione. Et inantea ista escriptura inpignoracionis firma stabilis permaneat modo uel omnique tempore. Et si ego, Ermensindis suprascripta, tibi, Bernardus suprascripto, ipsum kastellum suprascriptum Vila de Mager tibi donatum abemus, sicut superius scriptum, sine tuo enkanno, ista scriptura michi reddere facies, sine meo enkanno et sine mora.

Facta ista scriptura inpignoracione .II. idus aprilii, anno .XXVI. regnante Rodeberto rege.

Sign+um Ermensindis, comitissa, qui ista scriptura inpignoracione fecit et firmare rogauit.

Sign+um Vuilielmus de Montagnola. Sign+um Chunballo. Sign+um Reimundus Keribertus.

Sign+um Bonefilio de Gillida. Sign+um Kitardus de Mureden.

Sss Arnulfus, presbiter, qui ista inpignoracione scripsit sss et die et anno quod supra.

## 93

1022, abril, 12

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, empeñaron el castillo de Gurb, con su feudo así como la iglesia de Sant Esteve situada en “Granularios” (Sant Esteve de Granollers de la Plana, Osona). El beneficiario del empeño fue Bernat Sendred.*

[A]. Original perdido.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Berenguer Ramón I, carp. 7, nº. 41. Copia siglo XI.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 49.

Ed. Feliu, Gaspar i Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 158

In Dei nomine. Ego Ermessindis et filio suo Berengario inpignoratores sumus tibi Bernardus, filio Sendredus. Per hanc scriptura impignorationis nostre inpignoramus tibi ipsum kastrum, que dicunt Gurbo, cum ipso feuo qui ad ipsum kastrum pertinet et cum ipsa ecclesia Sancti Stephani, qui est in Granularios, cum decimas et primicias, cum fines et terminos qui ad ipsum kastrum pertinent. Et affrontat hec omnia de parte orientis in flumine Tezer uel in Curri et de meridie in kastrum Salforas uel in termine de Montagnola, de occiduo in termine de Holone uel de Luccane, de parte uero circii in termine Veltrechane et peruenit usque ad flumine Tezer. Quantum infra istas totas affrontaciones includunt, sic impignoramus tibi ista omnia suprascripta, totum ab integrum, cum exiis uel regressis earum, in ea uidelicet ratione, quod si usque ad festiuitatem sancti Felicis, qui est in kalendas augusti, prima ueniente, ego Ermessindis, comitissa, et filio meo Berengario, comite, Bernardo suprascripto, donatum non habemus ipsum kastellum qui dicunt Villa de Mager, cum fines et termines suos, sine tuo enganno, incurrat ista omnia suprascripta at tuum proprium alaudem ad facere quod uolueris in Dei nomine firmam habeas potestatem. Quod si nos inpignoratores aut ullus homo aut femina qui contra ista scriptura impignoracione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uindicare, set componat aut componamus ista suprascripta in duplo cum omni sua inmelioracione. Et inantea ista scriptura impignoracionis firma et stabilis permaneat modo uel omnique tempore. Et si ego Ermessindis et filio meo Berengario suprascripti, tibi, Bernardo suprascripto, ipsum kastellum suprascriptum Villa de Mager tibi donatum habemus, sicut superius scriptum est, sine tuo enganno, ista scriptura nobis reddere facies sine nostro enganno et sine mora.

Facta ista scriptura impignoracione II ydus aprilii, anno .XX.º.VI.º regnante Rodeberto rege.  
(Cruz) Berengarius. Sig+num Ermessindis.

Berengarius, episcopus (cruz). (Cruz) Petrus, episcopus (cruz). Ermengadus acsi indignus sss gratia Dei episcopus. Sig+num Gunballo de Besaura.

Arnulphus, presbiter, qui ista scriptura impignoracione scripsit ssse et die et anno quod supra.

## 94

1022, mayo, 21

*Ermesèn, condesa de Barcelona, actuó junto a otros personajes como albacea del difunto Udalard. Donaron entonces a Sant Pere de Vic el alodio de Osomort, condado de Osona.*

A. Vic. ACV, Caj. 6, pergs. nº 176.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI.* Fascicle I, documento nº 821.

In nomine Domini. Nos Ermissindis, comitissa, et Amatus et Arnustus et Petrus et Reimundus et fratre suo Barone et Wandalgaudus et Ebrinus et Wifredus, presbiterorum, qui sumus tutores uel elemosinarii de condam Udalardi defuncti. Manifestum est enim quia precepit nobis condam Udalard defunct ut scriptura doancionis fecissemus, sicuti et facimus, sicut in ipso testamento uel iudicio resonat ad domum Sancti Petri de sede Vico, ad ipsa cannonica, de ipso suo alaude quod ille habebat in comitatu Ausona, in locum que dicunt Ausor[mortuo], uel in eius termines, cum exiis et regressiis suis, uel quantum ibidem habere debebat in supradictis terminis et afrontacionibus suis. Et est manifestum. Nos uero supradicti elemosinarii sic donamus suprascritum alaudem ad domum Sancti Petri ex suprascripta sede Vico, ad ipsa cannonica, sicut nos aserie condicionis iuratum uel probatum habemus, sicut lex est, propter remedium anime suprascripti Udalardi. Ita quod, si nos donatores aut ullusque homo uel femina seu subposita persona qui contra ista scriptura donationis uenerit pro intrupendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed componamus aut componant ista omnia superius scripta a supradicta sede et ad ipsa cannonica in duplo cum omni sua inmelioracione. Si quis uero ex suprascripto alaude ad domum Sancti Petri suprascripti uel ad ipsa cannonica aliquid minuare uel subtrahere uoluerit aut subtraxerit, in primis iram Dei incurrat et insuper excomunicatus sit ad Patrem et Filium atque Spiritum Sanctum, et eterne dampnacionis a iusto iudice Deo accipiat, et a liminibus sancte Dei Ecclesie extraneus permaneat, et a consorcio omnium fidelium excomunicatus et abdicatus existat, et cum Iuda Scarioth in infernum particeps fiat, et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat modo uel omnique tempore.

Facta ista scriptura donationis .XII. kalendas iuni. Anno XXVI regnante Radberto rege.

Sig+num Ermissindis, comitissa. Sig+num Amatus. Sig+num Arnustus. Sig+num Petrus. Sig+num Reimundus. Sig+num Barone. Sig+num Wandalgaudus. Sig+num Ebrinus, qui ista karta donationis fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Artallo Gonmar. Sig+num Stephanus. Sig+num Vulabertus.

Segarius, sacer, qui ista karta donationis scripsit et sub *sss* sit die et anno, cum litteras superpositas in .III. uersu, quo supra.

## 95

1022, agosto, 1

*Ermessenda ejecuta junto al resto de albaceas de Udalard una nueva cláusula del testamento de éste. En esta ocasión los alodios que Udalard poseyó en el condado de Barcelona que son donados al monasterio de Sant Cugat del Vallès.*

B. Barcelona. ACA, Cart., fº 318, nº 952.

Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallès*. Vol. II, documento nº 488.

Cf. Pladenvall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 52.

In nomine Domini. Nos Ermesindis, gratia Dei comitissa, et Amatus, uicescomes, et Arnusto et Petrus et Raimundus et fratri suo Barone et Gandalgaudus et Ebrinus et Vuifredus, presbiter, qui sumus aduocati, tutores uel elemosinarii de condam Udalardi. Manifestum est enim que precepit nobis condam predicti Udalardi ut scriptura donacionis fecissemus de suos alodes quod ille habebat in comitato Barchinonense, id est, ipsa uilla que dicunt Aqualba, cum suos termines quantum ibidem abebat, sicut mater sua illa dimisit, que illa abebat per parentorum uel per comparaciones uel per qualecumque uoce, sic donamus predicta omnia ad domum Sancti Cucuphati cenobii qui est scitus in comitato Barchinonense, in Vallense, id sunt, casas, casalis, curtis, curtalis, ortis, ortalis, pratis et pascuis, siluis, garricis, molinis, molinariis, caputregis, aquis aquarum, uiaductibus uel redeuntibus, terras et uineas, arboribus, pomiferis tam et in pomiferis, cultum et eremum, omnia et in omnibus, quantum dicere uel nominari potest. Et affrontant predicta omnia de oriente in medio alueo de Tordera, de meridie in ipso rio que dicunt Pertegacio, de occiduo in sumitato de monte Sinno, de circi in ipsa aqua que dicunt Breda. Quantum infra predictas afrontaciones includunt, sic donamus predicta omnia a predicto cenobio, totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum propter Deum et remedium anime de predicto Udalardi, sicut ille nobis iniunxit uel comendauit. Et nos a serie condiciones pariter iuratum uel probatum abemus, sicut in suo testamento uel in suo iudicio resonat, ordinante iudicis, sicut lex est. Et nos predicti elemosinarii per predicta uoce iam dictos alodes de nostre iure in potestate de prelibato cenobii Sancti Cucufati Vallense tradimus uel donamus, ut firmum sint de predicta ecclesia uel famulantibus qui ibidem Deo seruiunt uel seruituri erunt usque in finem. Quod si nos donatores et elemosinarii aut ullus homo uel femina aut nulla subposita persona qui contra ista scriptura donacione uel tradicione pro intrumpendum uel minorandum uenerit, non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed in primis ira Dei incurrat, et a liminibus sancta Dei Ecclesie extraneus fiat, et Iuda traditor particeps fiat, et sic fiat maledictus quomodo fuerunt Daten et Abiron quando eos uiuos terra absorbuit et insuper componat ipsos alaudes in duplo cum earum inmelioraciones. Et inantea ista scriptura donacione in omnibus obtineat roborem.

Facta ista scriptura donacio kalendas augusti, anno .XXVII. regnante Rodberto, rege.  
Sig+num Ermessindis, comitissa. *Sss* Amato. Sig+num Arnusto. Sig+num Petro. Sig+num Raimundi. Sig+num Barone; S+m Guadalgaudus. Sig+num Ebrin. *Sss* Guifredus, presbiter et elemosinarii, qui ista scriptura donacione fecimus et firmare regauimus. *Sss* Ermengaudus, archileuita. *Sss* Tassius, presbiter. *Sss* SPERAINDEO, presbitero, *sss*.

*Sss* Erimandus, presbiter, qui ista scriptura donacione scripsi cum litteras superpositas in regulo III sub *sss* die et anno quo supra.

1022, octubre, 5

*Ermesèn, condesa, es citada en la carta que dirige Pere, abad de Sant Pere de Rodes, al papa Benet. En ella, el abad volvía a denunciar los abusos cometidos, por varios nobles y súbditos contra las posesiones del monasterio. A su vez, este documento recoge el acta de consagración de la nueva iglesia del cenobio.*

- [A]. Original perdido.
- B. París. BN, Baluze 107, fº 444. Copia.
- C. París, BN, Baluze 234, fº 255v. Copia.
- Ed. Marca. *Marca Hispanica*, ap. CXCIV, col. 1034-1035.
- Ed. Aguirre. *Concil. Hispan.*, III.
- Ed. Mansi. *S. Concil. nova* col., XIX, cols., 407-410.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 49.
- Ed. Martí, Ramón. *Collecció Diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 189.
- Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento, nº 72.

Benedicto Patri, Petrus, gratia Dei abbas omnesque subditi uestrae sublimissimae potestati uobis salutes et multimodas dirigimus preces. Anno transacto uidistis coram uobis ex nostris fratribus monachis querelam deferentibus quod noster locus, qui sub tuitione et defensione sanctae Romanae Ecclesiae constabat, deuastaretur atque conculcaretur ab iniquis hominibus, id est, potestatibus, eorumque subditis habitantibus nostrae confinia regionis. Quod uos ut audistis, benigne annuistis nostris precibus, et unicuique comiti sub excommunicatione mandastis ut praedicto loco omnia sua restituerent et nihil sibi extra uoluntatem nostram sibi retinerent. Haec igitur omnia postponentes, exprobantes uestram iussionem atque excommunicationem, dicentes nihil facturos ad uestrum imperium, adducentes nos in magnam confusionem atque improperium, ut iam pene uniuersus populus necnon et uulgus dicat se nihil facturum per excommumcationem sacerdotum a principibus eorum uestra postposita. Heu proh dolor! quam male tractantur sancta deteriusque conculcantur, cum a principe totius orbis, id est, Papa Romano, excommunications factae ita sunt postpositae nec sunt obseruatae! Irreuocabilis nempe est lapsus cum iustitia contemnitur, pietas respuitur, misericordia denegatur. Pro certo nihil aliud constat nisi ut abrenuntient omnes Christo et sequantur diabolum ipsius opera imitando, eiusque uestigia sequendo detrudantur cum ipso ad ima infernalis barathri, perpetim luituri, cum a uobis excommunicati nullatenus ad recta sunt conuersi, sed in deterius mutati. Episcopi uero, quibus praecepit uestra sublimitas ut conciliabula agerent et praedictum locum in pristinum statum informarent et suis exhortationibus ipsos comites eorumque subditos cogerent ut nihil sibi de praedicto loco retinerent, contemptores uestrae iussionis effecti, nihil agentes, insuper etiam subtrahentes se a consecratione eiusdem loci nouae aedificatae ecclesiae, praeter solum Oliba, episcopum Ausonensem, et primae Sedis Vuifredum, Narbonensem episcopum, et Stephanum Agathensem, atque Sthephanum Attensem. Hi omnes cum consensu comitum, id est, Ugonis Vuifredi, Vuillermi, atque comitissae Ermessendis, atque plurimarum illustrium personarum hoc collaudantium per uestram iussionem in uestra uice taliter excommunicauerunt.

Anno millesimo uigesimo secundo Incarnationis Domini nostri Iesu Christi, inductione quinta, tertio nonas octobris, uenit Vuifredus, Narbonensis archiepiscopus, ad uicem Petri, Gerundensis episcopi, atque nomine illius cum ceteris coepiscopis, id est Stephano Attensi, atque Stephano Agatensi, Oliba Ausonensi, ad consecrationem nouae ecclesiae Sancti Petri Rodensis. Confirmamus ergo nos omnes praedicti episcopi illi uenerabili coenobio sua praedia cunctaque mobilia quae hodie habet atque Dei misericordia inantea acquisierit, sicut in suis scripturis iuste resonat, et ut ab omni censu cuiuslibet servitutis liberum sit in perpetuum, eo scilicet tenore ut iuxta decreta Romanorum Pontificum, et sanctorum canonum sit subditum sanctae matri Romanae Ecclesiae. Si quis autem huiusmodi nostri decreti, quod non credimus, qualitercumque uiolator extiterit, tamdiu uinculo excommunicationis de parte Dei omnipotentis et Sancti Petri apostolorum principis et nostra innodatus maneat, et ab Ecclesia separatus existat donec poenitendo et emmendando pleniter satisfaciat.

Actum in praedicto beati Petri Rodensi coenobio, tempore uel die supra nominato. Quam etiam praedictam excommunicationem praefati episcopi subscriberunt necnon etiam absentes confirmarunt, id est, Deusdedit, Barchinonensis episcopus, omnesque canonici praedictae Sedis Gerundensis. Vestram itaque excommunicationem eorum subscriptionibus subnixam spernentes ad hoc usque nos habent deductos nisi ut circum prouincias mendicando, et nec ullus supersit qui in eodem loco residuus sit. Proinde petimus ut hunc comitem Vuillelmum follem, qui in suis uerbis dicere coepit uestram excommunicationem nihil se facturum, ut iam amplius nihil sibi retineat ex alodo Sancti Petri praedicti, nec ullo modo inquietare pertentet. Nostrum uero comitem Ugonem qui nobis iam recte fecit, et melius facturus est rogamus non ut compellatis, nec etiam excommunicetis, sed ut filium admoneatis ut in melius proficiat. Homines uero ipsius terrae ut ceteros excommunicetis. Si uero in hoc nobis non succurritis, priusquam hunc nuntium nostrum uiderimus [...] nos ex eodem monasterio egressuros et nunquam per uestram fiduciam in praedicto monasterio habitaturos. Propter inopiam ergo quae nos obsidet nequiuimus uestrae praesentiae faciliores uel meliores nuntios dirigere, siue etiam propter metum atque timorem comitum non fuimus ausi alium mittere. Per hunc ergo nobis quicquid nobis utile et uobis placitum sit mandate. Petimus etiam ut sub excommunicatione mandetis uniuersis episcopis prouinciae nostrarae ut de hoc concilium agant, et quod non rectum est, in melius dirigant. Quod si non fecerint, ab omni pontificali uel sacerdotali ministerio eos suspendite, ut per hunc districtum uestram impleant iussionem usquequo uobis se praesentent, uosque per uestram excommunicationem illos discutiatis ut contemptores ac rebelles sacromii canonum ac uestrae iussionis.

1022, octubre, 11

*Ermesèn y Berenguer [Ramon I], conde de Barcelona, llegaron a una paz jurada que puso fin al enfrentamiento entre ambas partes. En esa “convenientia” la condesa madre donó a su hijo, como garantía de esa paz, 29 castillos la mayoría de ellos situados en Osona y Bages. Los castillos fueron; Cabrera, Besora, Curull (La Vola), Duoscastella (Sora), Orís, Lluçà, Merlès, Voltregà, Balsareny, Súria, Castelltallat, Calders, Granera, Mura, Òdena, Castellbell, Vacarisses, Tagamanent, Taradell, los castillos de Barcelona, el de Montcada, el de Sant Vicenç, Rubí, Eramprunyà (Gava), Vilademàger, Montagut, Querol, Pinyana y Cardona.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Berenguer Ramon I, carp. 7, nº 46.

[B].Barcelona. ACA, *Liber Feudorum Maior*, fº 246. Copia de final del siglo XII perdida.

Ed. Marca. *Marca Hispanica.*, ap. CXCVI, col. 1037.

Ed. Miquel Rosell. *Liber Feudorum Maior.*, I, doc. 223.

Cf.Abadal, Ramón de. *L'abat Oliba....*, p.186.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona....*, pp. 50-51.

Cf. Aurell, Martí.<<Jalons pour une enquête...>> p. 317

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I.* Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 161.

In nomine Domini. Ego Ermessindis, comitissa, i[m]pignoratrice sum tibi, filio meo Berengario, comite. Manifestum est enim quia [mitto tibi in pignoras ipsum kastrum de Cabrera et castrum de] Basora et castrum Curul et castrum Duacastella et castrum Oris et castro Lucan et Merles et castrum Veltragan et kastrum Balcaren et castrum Spassa et castrum Casteltallad et castrum Calders et castrum Granaria et castrum Murede[n] et castrum Odena et castrum Castelbel et castrum Vacherices et castrum Tagamanent et castrum Taradel et castrum de Barchinona cum castro Monte Kadano et castrum Sancti Vicentii et castrum Resubio et castrum Erampruniano et castrum Vila de Maier et castrum Monte Agud et castrum Cherol et castrum Pinnana et castrum Cardona. Supradicta omnia quipe kastella cum omnibus terminis, finibus, adiacencis et pertinentiis et alaudibus atque ecclesiis eorum, sic mitto tibi pignus, ut ego de isto die inantea bene tibi teneam et adtendam ipsam finem et pacem quam tibi iuraui. Et ego Ermessindis prefata si tenre et atendre a te Berengarium comitem supradictum ipsum sacramentum quomodo scriptum est ipsum sacramentum; et exinde no te'n forsfare. Et si ego exinde tibi forasfecero infra ipsos primos .XL. dies qui tu me'n comanras per nomen de sacramentum, si t'o drecare o t'o emendare si tu hoc recipere uolueris. Et si ego infra ipsos primos .XL. dies suprascriptos ipsam forsfacturam aut forsfacturas no la't drecaua e no la t'emendaua, incurant supradictos omnes kastros cum omnibus terminis, finibus et adiacenciis et pertinentiis et alaudibus atque ecclesiis eorum et cum omnibus uocibus comitalibus quas comes ibi abet, redebit in tua potestate a proprio, ut facias exinde quodcumque uolueris. Et si ego Ermessindis, comitissa, de ipsas forsfacturas communire me uedaua, incurant istas pignoras in potestate de Berengario filio meo. Et ego Ermessindis, comitissa, in tali uidelicet ratione mitto ipsas pignoras suprascriptas, ut si ipsas pignoras quas Berengarius filius meus mihi misit de ista omnia suprascripta priores

incurrerint in mea potestate, istas meas pignoras absolutas sint ab omni uinculo, ut ego faciam ex illas quodcumque uoluero.

Pacta uel conuenientia .V. idus octubris, anno .XXVII. regnante Rodberto rege.

(Cruz) Ermessindis, gratia Dei comitissa, que hanc suppignorationem feci et firmare rogaui.

Sign+um Gondebaldus. Sign+um Miro de Fabricata. Sign+um Gauzfredus Bernardus. Sign+um Ermengaudus Bernardus. Sign+um Gilelmus de Montagnola.

Sss Bernardus sss. (Cruz) Petrus, episcopus (*cruz*).

Sss Aigfredus, leuita, qui hanc scripsi et die et anno sss quo supra.

## 98

1023, marzo, 30

*Sentencia a través de la cual quedó establecida la propiedad del alodio de Orsal donado en su día por la condesa Ermesèn al monasterio de Ripoll.*

[A]. Original perdido. Ripoll. AASMR, Pabordia de Palau., A. 2 bis.

B.Vic. ACV, Registro de la Pabordia de Palau, fº 68r, nº 3. Regesta.

Cf. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 74.

“Sententia dada per Salomó jutge de Oliba, bisbe de Vich, de que un alou ab son Pujol, en la vila Orsali, que donà Ermezendis comptessa al monastir de Santa Maria de Ripoll, és justament de dit monastir, lo qual alou està situat en lo comptat de Osona, en dita vila de Orsali, prop la casa de Sant Vicens.

Dada dita sentència a 30 de mars, lo any 27 del Rey Robert, que és lo any 1017, firmada per dit jutge y per dit Oliba Bisbe y altres, testificada per Suniero sacerdot.”

1023, abril, 8

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I] autorizaron la dotación a favor de la iglesia de Sant Cugat del Rec, iglesia que fue construida por el levita y canónigo Guislabet, hijo del vizconde Udalard de Barcelona, y que llegaría a ser prelado de ese obispado.*

- B. Barcelona. ACB. *Libri Antiquitatum*, T. I, fº 25, doc. 47.  
 Ed. Campillo. *Vetera analecta*, p. 31, tit. XII  
 Ed. Mas. *Notes històriques*. Vol XIII, p.240, nº 16.  
 Cf. Diago. *Historia de los Condes*, fº. 93.  
 Cf. Pujades. *Crónica universal*, 7, p. 381.  
 Cf. Bofarull. *Los condes de Barcelona*, I, p. 254.  
 Cf. Pi i Arimon. *Barcelona antigua y moderna*, I, p. 497.  
 Cf. Carreras i Candi. *La ciutat de Barcelona*, p. 277.  
 Ed. Mas, Josep. *Notes històriques del Bisbat de Barcelona*. Vol. XIII. Apéndice, documento nº 16, pp. 240-242.  
 Ed. Kehr, P. *El papat i Catalunya*. Documento nº 2, pp. 98-100.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 51.  
 Ed. Mas, Joseph, *Libri Antiq.*. Vol. I. Documento nº 412, p. 188.

Quoniam a domino nostro Ihesu Christo eterne retributionis premia non ambigimus recipere, si fideliter illi deseruientes fundamentis in eius honore et sanctorum martirium opem ferimus iusticia suadente, quatinus illic Deo famulantibus suffragationibus humanitatis proficuum sit sub diuina famulatione. Ideo ego Deusdedit, episcopus sedis Sancte Crucis Barchinonensis annuens cum cuncta congregazione canonicorum uotinis precibus Gilaberti, leuite et canonici predicte cathedralis ecclesie, filii Oldoldardi, uicecomitis, Dei donatione mutus, pontificali auctoritate tradidi atque donaui ecclesie Sancti Cucuphatis, quam ipse Gilabertus nostro assensu in honore Dei et predicti martiris construxit in loco annosa decursione cognominatus est Caminus Sancti Cucufatis, eo quod ibidem uenerabilis martir flamas incendii pertulit pro Christi nomine agonizans, Diocletiani et Maximiani tempore, Galerio Barchinone proconsule sub Datiano preside, res annotatas in huius scriptio[n]is donatione, ut semper inconcusse in iure predicte ecclesie maneant con et quandiu supradictus eius fundator Gilabertus uixerit, sub patrocinio Dei et episcoporum sedis prefate eas habeat et ministeria Deo debita fieri ibidem faciat. Post obitum quoque suum licitum sit mihi et successoribus meis eandem ecclesiam, cui in sede prelocuta Deo seruienti uolouero aut uoluerint dare, ita tamen ut ibi ipse ministeria fieri instituat, sicut supra retulimus. Oblationes autem fidelium ibi factas aut uotue faciendas in donatione prenotate ecclesie simili modo confirmamus. Res quippe, quas ibi damus, hec sunt. Decime et primitie omnium rerum, que sunt Regiati et fuerunt Sindaredi, et Benenate, et sunt Petri et omnium coheredum illorum. Decime et primitie omnium rerum Richarii de ipsa gauarra. Decime et primitie omnium rerum Sefredi et uxoris eius. Decime et primitie omnium rerum Gilaberti nuper baptizati. Decime et primitie omnium rerum que fuerunt Lobationis de Cheralto, et sunt heredum eius aut fuerunt. Decime et primitie omnium rerum que fuerunt Gilarani presbiteri. Decime et primitie omnium rerum que fuerunt Marcutii Greci. Decime et primitie omnium rerum Belliti et uxoris sue et matris sue. Supradicta uero omnia a nobis prenotate ecclesie collata et adhuc futuris temporibus a nobis aut a successoribus nostris aut ab aliis fidelibus ibi danda per huius

munificentie largitionem de nostro iure in ius prefate ecclesie consignamus et tradimus. Et ut hec nostra atributa collatio in pensione robore obtineat sempiternum, nostris subscriptionibus ea munientes, sub duro anathemate eam constringimus personam, ut eterna ultione perculsa penam excommunicationis non effugiat, que ausa fuerit ab incebs supradictam ecclesiam Sancti Cucuphati alicui laico dare, aut aliquid decerpere supradictarum rerum aut ibi futuro tempore adquirendarum de iure prescripte ecclesie, et insuper componat in quadruplum de sue proprietatis substantia omnia que exinde usurpauerit prenatae ecclesie mancipanda atque ab eius seruientibus assumenda.

Actum est hoc .VI. iduum aprilis, anno siquidem dominice incarnationis .MXXIII. et regni Roberti regis XXVII.

(Cruz) Ego Iohannes, sancte catholice et apostolice Romane ecclesie presul.

Guifredus, sancte prime sedis Narbonensis ecclesie episcopus *sss*. (Cruz) Deusdedicit, gratia Dei acsi indignus episcopus *.Sss* Raimundus, archileuita (*cruz*). S+ Ermemir, leuita et sacri scrini. S+ Bonutius, presbiter, *sss*. S+ Suniofredus, presbiter, *sss*. (Cruz) Sigefredus, leuita. *Sss* Companus, leuita, *sss*. (Cruz) Rodlanus. *Sss* Odolardus, uicecomes. (Crismón) Iohannes, leuita *sss*. (Cruz) Vitalis, presbiter, *sss*. *Sss* Amalricus, presbiter. S+ Audesindo, sacerdos *sss*. S+ Richarius, sacerdos *sss*. S+ Dalmatius, leuita. Ermemirus, presbiter, *sss*. Godofredus, presbiter. S+ Senderedus, presbiter. S+ Guilelmus, leuita, *sss*. S+ Adalbertus, leuita, *sss*. S+ Fulcus, leuita. (Cruz) Berengarius, comes. (Cruz) Ermesindis, comitissa. (Cruz) PETRUS, EPISCOPUS (*cruz*). (Cruz) Guifredus, presul. (Cruz) Wadaldus, acsi indignus gratia Dei episcopus, *sss*. (Cruz) AMELIUS, EPISCOPUS (*cruz*). S+ Guilaberti Marcutii qui definiuit et confirmauit omnes decimas tocius sui alodii, quod habet aut inantea acquisitus erit in potestate Dei et predicte ecclesie Sancti Cucuphati, et in manu domni Guilaberti episcopi ad suum proprium, et hoc manu propria corroborauit et corroborari iussit. Et fuit facta hec definitio et confirmatio .II. kalendas aprilis anno .XVIII. regni Henrici regis in palatio episcopali coram uiris subterius annotatis.

S+ Bomparus, presbiter. S+ Guitardus, leuita. S+ Bonutius, presbiter. S+ Pontius, leuita. S+ Remundi, leuite et iudicis, qui hanc deffinitionem et confirmationem scripsit et die et anno quo supra *sss*.

S+ Poncius, cognomento Boniflpii, clericu et iudicis qui hec scripsit et *sss* die et anno prefixo.

**100**

1023, junio, 3

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona recibieron en el palacio condal de dicha ciudad a los nobles Gombau de Besora y Guillem de Montanyola. Éstos importantes personajes reclamaron a la autoridad condal, en nombre del obispo y abad Oliba, que dirimiera en la disputa que enfrentó al monasterio de Ripoll con el de Santa Cecilia de Montserrat.*

- [A]. Original perdido. Ripoll. AASMR, arm. 2, caj. 2.  
B. Vic. ACV, pergs., nº 2061.  
C. Barcelona. BC, Ms. 430, fº 20.  
Cf. Bofarull y Mascaró, P. de. *Los condes de Barcelona vindicados*. Barcelona, 1836, vol. 1, pp. 19 y 100.  
[C]. Montserrat. AAM. Original perdido, caj. 10, legajo 1, fº 16, Ribas, p. 156-157.  
[D]. Montserrat. AAM. Copia perdida, caj. 10, legajo 1, fº 17 : Ribas, p 156-157.  
[E] Ripoll. Cartulari Petit del Arxiu Antic de Santa Maria de Ripoll. Copias, perdidas.  
F. París. BN. Ms. Baluze 107, fº 189. Transcripción del siglo XVII, ex D.  
G. París. BN. Ms. Baluze 107, fº 289v. Transcripción del siglo XVII, ex D.  
H. Barcelona. BC. Ms 729. SACM, Vol. III, fº 10. Regesta del siglo XVIII, ex B, C.  
I. Madrid. BPRM, ffº 98-99. Regesta del siglo XVIII, ex B.  
Ed. Yepes, A. *Cronica General de la Orden de San Benito*, vol. 4, Valladolid 1613, fº 447.  
Ed. Pujades, J. *Cronica Universal del Principado de Cataluña*, vol. 6, Barcelona, 1830, p. 386.  
Ed. Sáenz de Aguirre, J. *Collectio maximo Conciliorum omnium Hispaniae et Novi Orbis*, vol. 4, Roma, 1754, pp. 366-367 (datado 999).  
Ed. Marca. *Marca Hispanica*, ap. CXCV, cols., 1035-1037.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, pp. 49-50.  
Ed. Junyent i Subirà, E. *Diplomatari i escrits literaris de l'abat i bisbe Oliba*, a cargo de M. Mundó, Barcelona, 1992, p. 110-111.  
Ed. Altés i Aguiló, F.X. <<El Diplomatari del monestir de Santa Cecilia de Montserrat>> en *Studia Monastica*. Abadia de Montserrat. Vol. 37. Fasc. 2. Año 1995. Documento nº 135.

In Dei nomine. Ego Berengarius, gratia Dei comes, notum esse uolo omnibus presentibus et futuris qualiter uenit Oliua, Pontifex Ausonensis et Abbas, coenobii sanctae Mariae Riuipollentis, in ciuitate Barchinonensi, tempore octuarum Pentecosten, nostram adiens celsitudinem, per Gondeballum Bisaurenum et Willelmum de Montaniola obnixe rogans ut ego et mater mea Ermesendes, comitissa, justitiam faceremus praedicto coenobio sanctae Mariae de ipsius alode, id est, abbatia sanctae Ceciliae cum omnibus sibi circumiacentibus Ecclesiis quae situae sunt in monte quem dicunt serrato, quas abauus meus Wifredus, comes, tulit de manibus Agarenorum et dedit praedicto coenobio per scripturam donationis et proauus meus Suniarius proles iam dicti Wifredi confirmauit eundem locum cum ecclesiis suis per scripturam donationis suaे in potestate iam dicti coenobii, in qua etiam permansit usque ad tempus Caesarii qui profitebatur se archiepiscopum Tarragonensem esse, cui uxor iam dicti Suniarii, nomine Richillis, comitissa, dedit omne praedictum alode, auferens eum de potestate et dominatione Sanctae Mariae. Cum uer in tempore illo nihil potuissemus respondere, impediente negotio quod inter me et matrem meam intererat, nisi quod promisimus nos ei iustitiam facturos, conquieuit tandem ipsa querela donec ueniente proxima sancti Petri festiuitate ego iam dictus Berengarius comes ad limina beatae et gloriose uirginis Mariae pro placito quod inter me et comitem

Wifredum ac nepotem ius Willelmum uigebat. Et ostenderum mihi monachi Sanctae Mariae, id est, Ellesindus Prior et Bonofilius, Fredoli, atque Lanfrancus, et ceteri in iam dicto loco Deo seruientes suprascripta documenta praesentibus Bernardo Benardine et Wifado Eliemaris et Amato et fatre ipsius Rayamballo filius quondam Bonihominis, et Bernardo Amati, et Geraldo de Capraria, et multis aliis bonis hominibus. Et ego suprascriptus Berengarius, comes, et Ermessendis, comitissa et uxor mea Sancia recognoscimus restitudinem in his documentis esse alodem Sanctae Mariae, et propter amorem Dei et genitricis eiusdem Christi Iesu et praemium uitae aeternae confirmamus praedictum coenobium Sanctae Caececliae in potestate et dominatione Sanctae Mariae cum omnibus sibi pertinentibus alodibus, id est, in Minorissa domibus, terris, uineis, cultum uel erenum, molinis, molendinariis, cum eorum caputaquis et omnibus ad praedictum locum ibi pertinentibus, simul cum ipsis ecclesiis ibi pertinentibus, et in comitatu Barchinonae similiter domibus, terris, uineis, cultum uel erenum, molinis, molendinariis, cum eorum caputaquis et omnibus ad praedictum locum ibi pertinentibus, simul cum ipsis ecclesiis, cum terminibus et affrontationibus illorum, et cum eorum exiis et regressis. Que uero praedicta omnia Sanctae Caeciliae pertinentia in comitatu Ausonense uel Barchinonense, siue in ipsa marcha, in potestate et dominatione Sanctae Riuipollentis Mariae omnem uocem nostram transfundimus perpetim permanenda cum omnibus siluis et garris, patris, pacuis ad iam dictum locum pertinentibus, ut ab hodie et deinceps in potestate et dominatione Sanctae Mariae permaneat. Quod si nos donatores aut ullusque homo qui contra hanc donationem uenerit pro intrumpedum, non hoc ualeat uindicare quod inquirit, sed in quadruplum haec omnia coenobio Sanctae Mariae restituat, et iram Dei incurrat, et cum Datan et Abiron portionem recipiat, et cum Iuda traditore participationem habeat, et inantea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donationis .III. nonas iunii anno .XXVII. regnante Rodberto Rege. Berengarius, gratia Dei comes, qui hac donationem feci et testes firmare rogaui, Sign+um Ermessendis. Sign+um Sancia. Testes; Bernardus Barchina, Wisaldus, Ellemarus, Arnaldus Bonue, Raiamballus Bonus, Geraldus de Cabrera, Ermengaudus, Etcio, Bernardus, Archileuita et praepositus, Arbertus Guirallus, sacerdos et iudex. Argiricus, presbyter, qui hanc cartam recognitionis uel donationis scripsi et subscrispsi die et anno quo supra.

## 101

1024, octubre, 19

*Ermesèn, condesa de Barcelona, es citada en un documento de venta al limitar la propiedad en cuestión con la suya. La venta la realizó el matrimonio Ermemir-Domènega y la pieza de tierra citada era conocida como “Campo de Mor”, parroquia de Santa María de Vilalleons, condado de Osona.*

A. Vic, ACV, Caj. 6, nº 851.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI*. Fascicle primer, documento nº 842.

In nomine Domini. Ego Ermemirus et Domenica uinditores sumus tibi Bela emptrice. Per hanc scriptura uindicionis nostre uindimus tibi pecia I de terra, qui nobis aduenit de ienitores nostro[s], et est hec omnia in comitatu Ausona, in parrochia Sancta Maria de Villa Leonis, in locum que dicunt Campo de Mor. Et affrontat de oriente in terra de Oldregode femina et de meridie in aulode de Ermesinda, cometisa et de occiduo in terra de Poncio uel eredes et de circi in torrente. Quantum in estas affrontaciones includunt sic uindimus tibi ipsam pecia .I. de terra ab integrum, cum exiis et regresiis earum, in precium manchoso .I. et medium, et nichil exinde non remansist. Et est manifestum. Quem uero predicta ech omnia de nostro iuremus in tuo tradimus dominio et potestatem ad tuum proprium. Quod si nos uinditores aut ullusque homo qui contra ista uindicione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uindicare sed componamus tibi ipsa omnia in duplo cum omnem suam inmelioracione. Et inantea ista uindicione firma permaneat omnique tempore.

Facta ista uindicione .XIII. kalendas nouember, anno .XXmo. VIII regnante Roberto rege. Sig+num Ermemirus. Sig+num Domenica femina, qui ista uindicione fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Guifredo. Sig+num Bernardo. Sig+num Viscafred.

Vitalis, sacer, qui ista uindicione scripsit et sss die et anno quod supra.

## 102

1024, noviembre, 1

*La condesa Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], conde de Barcelona, junto a Ermengol, conde de Urgell, presidieron el juicio celebrado en la iglesia de Sant Pere del castillo de Ponts donde se enfrentaron Durand, abad de Santa Cecília d' Elins, y Ermengol, obispo de Urgell.*

[A]. Original perdido.

B. Urgell. ACU, Liber Dotaliorum, fº 80, doc. 228. Copia del s. XIII.

Ed. Baluze, E. *Capitularia regum francorum*, II, cols. 1545-1549.

Cf. Pladevall, Antoni. *Emessenda de Carcassona...*, p.51

Cf. Bofarull, Prospero de. *Condes Vindicados*, Vol. I, p. 235.

Ed. Baraut, Cebrià. <<Documents del segle XI>>. *Urgellia*, Vol. IV, documento nº 390.

Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p. 220.

Domino nostro perpetim regnante Ihesu Xpisto, anno siquidem eius sanctissime Trabeationis post millesimum .XX.º.III.º serenissimi quoque Roberti francorum regis .XX.º .VIII.º ob determinationem ecclesiasticarum sedis Orgellensis causarum adfuit dominus Ermengaudus, preclarissimus marchio comes, filius qui fuit Ermengaudi diue memorie comitis, cum Berengario, comite, filio Raimundi patrui sui et cum Ermesinde, comitissa et optimatibus eorum Bremundo, uicecomite Ausonensi et Mirono de Pontibus et Mirono Ostolensi, Borrello Taraualensi, Guillelmo Lauanciensi, Miro Fabricatensi, Guillelmo Medianensi, Maiore Tolonensi, Guitardo Pinellensi, Isarno de Capudaiz, Mirono Celsonensi, Ricardo Cleranensi, Guadallo Domnucio et Bernardo archileuitis Sancte predicte Sedis, necnon et Raimundo archidiacono, cum Fulcone, clero sedis Barchinonensis, et Raimundo Geriberto, residente multitudine coetu ex equitum quam et aliorum hominum in castro scilicet Pontibus, comitatu Orgellitano. Quorum siquidem audientiam adiens religiosissimus Ermengaudus Urgellitanus, episcopus, per Seniofreddum, presbiterum sacriscrinarium sue ecclesie predicte atque assertorem suum scriptis legalibus institutum, in ecclesia beati Petri apostoli petiuit Durandum, quendam abbatem Sancte Cecilie cenobii Elinsitensis, eo quod iniuste tenebat per ius sue ecclesie ipsam ecclesiam de Curticita, cum ipsa parroechia et ipsas decimas et primicias de Castellono. Ad quod prefatus abbatis respondit: Hoc quod ad me requiritur iuste debet esse mei monasterii, quoniam hanc ecclesiam de Curticita, cum omnibus pertinentiis eius per centum annos transactos et amplius possessam habet mea ecclesia. Insuper et diue memorie Borrellus, comes, fecit illi ex iam dicta ecclesia et pertinentiis eius scripturam donacionis, et Ermengaudus filius eius similiter fecit illi donacionis scripturam, ex siluis et terris eremis unde exeunt decime et primicie de Castellono que requiruntur a me. Vnde per ordinacionem Bonifilii Marchi, iudicis, constituti a predicto comite Ermengaudo in iam dicto comitatu requisiti sunt testes. Postmodum allate sunt ab utrisque partibus auctoritates scripturarum. Inuenta [tamen] est a parte petentis scribacio dotalis tituli quam fecerunt predicte ecclesie Orgellitane uir uenerabilis Sisebutus, inde episcopus et Suniefredus, comes, dedicationis huius ecclesie per iussionem domni Ludoici, imperatoris augusti romanum ac presertim tocius Europe gubernantis imperium, ex omni episcopatu Orgellensi atque Cerdaniensi, et Bergitanensi siue Paleariensi atque Ripercurcensi cum omnibus parroechiis atque ecclesiis et prediis siue cellulis, terris atque uineis uel

mansionibus in supradictis comitatibus uel locis supramoninate sedi pertinentibus. In qua inter alia predictam ecclesiam de Curticita in iure sedis predicte confirmauerunt dicentes: Deinde tradimus et condotamus ipsas parrochias de Caputaizo, Organano uel Fauano, atque Caputaizo, siue Nargone et Cuuilare cum Montanione et Saliente seu Archas, atque Lazouez uel Curticida. Et in qua inter alia ipsa ecclesia de Palierolibus, per cuius terminos predictus episcopus requirebat supradictas decimas et primicias de Castellono ita resonat. Deinde condotamus et tradimus Napinerios, siue Ollam Fractam atque ipsam parrochiam de Tost uel Montedamno, siue ipso Plano cum Villanova, atque Assoua uel Adralle. Siue Castellono uel uilla Mediana siue Kasamunniz et Sancta Cruce cum Statione uel Palierolos. Et in qua inter alia hoc scriptum est. Istarum parrochiarum Orgellensium pagus cum omnibus ecclesiis que ibi constructe sunt uel deinceps constructe fuerint, et cum omnibus uillulis atque uilarunculis earum, et cum decimis et primiciis, tam de planis quam de montanis siue in conuallibus, seu de aprisionibus uel rupturis, totum et ad integrum sic tradimus atque condotamus huic matri ecclesie Sancte Marie sedis Orgellensis in perpetuum habituras. Deinde ostensem est preceptum domini Hludoici imperatoris predicti, regii nominis anotatione firmatum et decentissime regio sigillo signatum, per quod in manu predicti Sisebuti confirmauit idem augustus in iure episcopalnis ecclesie sepedicte omnem episcopatum supradictum inter alia ita dicens. Precipimus atque iubemus ut nullus comes aut iudex publicus uel quislibet ex iudicaria potestate presbiteros aut omnia que ad Orgellitanum episcopatum pertinere noscuntur suis usibus usurpare uel decimas ab eis seu quaslibet alias functiones exigere aut distrahere ullatenus presumat, neque parrochias temporibus domni ac genitoris nostri ac nostro a se suisque decessoribus habitas, id est Orgellitanam, Bergitanam, Cerdaniensem, Paleariensem, Anabensem, Cardosetanam, Terbiensem, Gestabiensem et Ripacorcensem eorumque presbiteros ullus quislibet arripere aut in suos usus retorquere, uel a iure Orgellitane ecclesie abstrahere, aut distrahere presumat, sed liceat supradicto episcopo suisque successoribus sub cannonica intitutione uiuere et suos presbiteros atque clericos disponere, et decimas ab eis sue ecclesie debitas absque cuiuslibet contradictione aut usurpacione uel minoracione recipere atque quieto ordine in Dei nostroque seruicio incessabiliter permanere. Et item ostensem est alterum preceptum regio more signatum atque firmatum per quod in manu Possedonii episcopi iam dictus Hludoicus augustus iterum confirmauit omnem supradictum episcopatum in iure prefate ecclesie Urgellitane. Dehinc allatum est tertium preceptum prestantissimi Karoli, filii Hludoici predicti, cuius munimine idem rex Orgellitane ecclesie supradicta omnia in manu Wisadi prisci presulis confirmauit. Postmodum perfecta sunt apostolicorum pontificum romana priuilegia, scilicet Agapiti et Siluestri, et Benedicti que temporibus episcoporum sedis Orgellensis Vuisadi moderni, et Sallani, et supradicti Ermengaudi facta fuerunt per quorum inuiolabilem institutionem et indissolubilem ab eis editam contra desertores sancte ecclesie anathematis condemnationem omnia sunt supradicta in iure prenotata sedis confirmata atque stabilita. Deinde monstrata atque lecta sunt instrumenta prescripta auctoritatum Sancte Cecile [mo]nasterii prefati. Tunc ad reelectionem scripture donacionis quam Borrellus comes ibi fecit, a parte episcopi ostense sunt uarie auctoritates scripturarum quas Vuisadus modernus pontifex manu propria corroborauit. Et quia falso ordine finctum fuit nomen predicti Vuisadi in scripture supra notata donacionis que dicebatur facta fuisse a comite, dissimilis mansit ipsa anotacio nominis pontificis ceteris anotacionibus nominis pontificis ueridicarum scripturarum. Et quia dubia erat, insuper et de rebus episcopalnis ecclesie consribta et non comitis, inualida esse debere adiudicata est. Nam et scribturna donacionis quam

Ermengaudus, comes, filius Borrelli, fecit predicto cenobio inualida adiudicata est in eo loco ubi resonant decime et primicie de Castellono. In ceteris autem omnibus locis stabilis et conlaudanda est. Supradictis quoque causis a iudice examinatis talem dedit sententiam legis. Iuste debent reuerti omnes res quas episcopus requirit, unde modo audientia est, in ius atque dominium Sancte Marie Orgellitane sedis, et illic perpetualiter firmari: quoniam lex que continet libro gotico .V.<sup>o</sup>, titulo .I.<sup>o</sup>, capitulo .I.<sup>o</sup> ita dicit de donacionibus ecclesiis datis. Si famulorum meritis iuste compellimur debite compensare lucra mercedis, quanto iam copiosius pro remedii animarum diuinis cultibus et terrena debemus impendere et impensa legum soliditate seruare. Quapropter quecumque res sanctis Dei basilicis aut per principum aut per quorumlibet fidelium donationes collate reperiuntur uotiae ac potencialiter pro certo censemus ut in earum iure inreocabili modo legum eternitate fermentur. Nam ex capitularibus gloriosissimorum imperatorum ita statutum est de priuilegiis episcoporum. Quecumque a singulis regibus circa sacras ecclesias sunt constituta uel singuli quique antistites per singulis ecclesiis impetrarunt, quia pena sacrilegii uiget, solida eternitate seruentur. Clerici autem non secularibus iudicibus sed episcopali audientie reseruentur; fas enim non est ut diuini subdantur arbitrio seculari. Et concilio Aurelianensi ita constitutum est, ut basilice in cuius territorio sunt in eius episcopi maneat potestate. Omnes autem basilice que per diuersa constructe sunt uel cotidie construuntur placuit, secundum priorum cannonum regulam, ut eius episcopi in cuius territoria posite sunt potestate consistant. His ita omnibus gestis, Ermengaudus, comes predictus, in cuius audientia hoc actum est, supplex atque deuotus accedens ad uenerabile predice sedis altare iussit ante se legere testamenta aui sui Borrelli et patris sui Ermengaudi, comitum, unde iuditia infra metam temporum legaliter sunt ordinata. Inuenit namque in testamento Borrelli, comitis ita scriptum, quod ad domum Sancte Marie sedis uici remaneat Toxen cum uillulis et ecclesiis, cum decimis et primiciis, et ipsas taschas, et cum omnibus terminis earum et finibus et cum omne quod ibidem abebat uel abere debebat per qualescumque uoces. Et in testamento patris sui ita inuenit inter alia scriptum. Et ad Sanctam Mariam sedis uico Orgellensis remaneat ad proprium alodem ipsa uilla de Toxen, cum ipsa parroechia et cum suo feuo quad auus suus dedit ad domnam Sanctam Mariam sedis uici, propter remedium anime sue, et Ermengaudus pater suus abstulit a iure sancte Marie recognoscensque se malum egisse reddidit ei ipsam parrochiam et ipsum feuum. His autem omnibus pleniter auditis et intellectis, fecit hanc cosignationis atque re[d]integracionis atque donacionis scripturam suprafatus comes ita dicens. In Xpisti gloriosissimo nomine, ego Ermengaudus, marchio comes, filius qui fui Ermengaudi comitis, nullius cogentis imperio nec suadentis malo ingenio, neque tutoris factione sed mea propria sponte facio domino Deo et Sancte Marie sedi Orgellitane iustitiam, et redbo ei integriter ipsam ecclesiam de Curticita cum decimis et primiciis atque oblationibus, cum finibus terminorum atque pertinentiis seu adiacentiis eius, et cum decimis et primiciis de Castellono suprascripto, unde audientia nuper ante me acta est. Et item redbo atque dono seu confirmo domino Deo, et Sancte Marie predice sedis Orgellitane Toxen, cum omnibus ecclesiis et cum omnibus uillis et uillulis que ibi sunt, cum decimis et primitiis atque oblationibus, cum omnibus censibus, seruitiis, redibitionibus fiscalibus seu aliis que inde exeunt seu exire debent, cum terris et uineis, culto et inculo, prono et plano atque excuso, atque omnibus scilicet rebus que inueniri et possideri possunt infra omnes predictarum possessionum terminos. Haec omnia recognoscens me abere legitimos mee etatis .XIIII.<sup>o</sup> annos et amplius integerrimo redbo atque dono predice domui Sancte Marie sedis, site in uico Orgellitano, ad proprium alode in manu Ermengaudi, pontificis, ut faciat ipse et successores eius exinde sicut de

aliis munificentis predicte ecclesie attributis mos est episcopis facere. Et si ego aut aliquis homo quod fieri minime credo contra hanc scribturam stabilitatis et iusticie uenerit aut uenero, ad nichil proficiat sed conponat aut conponam Orgellitane sedi suprascripta omnia in triplum, et insuper hec scribtura iustitie firma permaneat omique tempore.

Actum est hoc die kalendarum nouembrium nota festiuitate omnium sanctorum, anno qui supra insertus est.

(*Cruz*) Ermengaudus, chomes. *Sss* Ermengaudus acsi indignus gratia Dei episcopus. *Sss* Ego Ermengaudus, comes, qui hanc donacionis et reintegracionis ecclesiasticarum rerum scripturam fieri iussi et iudicario tutamine roborari et testibus firmari. Miro. Sig+num Ricardi, prolis Altimirii condam. Miro(*cruz*). Sig+num Bonifilii Sancii. Sig+num Raimundi Borrelli. Guislabert (*cruz*). Sig+num Arnal de Tost. Sig+num Guillelmi, uicecomitis. Sig+num Dacconis. S+ Poncii Bonifilii Marchi, iudicis, qui hoc aeditit atque examinavit et ad fines usque legitimos Deo adiuuante perduxit *sss*. Ermengaudus, gratia Dei chomes *sss*.

Witardi ,sacerdotis, notarii supradicte sedis, qui hoc scripsit in uico eiusdem atque *sss* die et anno quo supra.

Hoc est precium, de hoc quod superius scriptum est, solidos duo milia .CC.tos quod dedit Ermengaudus pontifex in manu Ermengaudi, comite, prolis Ermengaudi. Et ad Bonifilii Marchi solidos .CCC.tos

## 103

1024, diciembre, 18

*Ermesèn, su hijo Berenguer [Ramon I] y su nuera, la condesa Guisla, condes de Barcelona, vendieron a Guadalt una serie de feudos situados en los condados de Osona y Barcelona.*

[A].Original perdido. Barcelona. Fuente de Santa Eulàlia del Camp.  
B. Barcelona. ADB, carp. 3, perg. 134. Traslado del 26 de mayo de 1206.  
C. Barcelona. ADB. C.D.4, nº 622, letra C. Regesta ex B.  
Ed. Alturo i Perucho, Jesús. *L'Arxiu Antic de Santa Anna...*, Vol. II, documento nº 25.

Hoc est translatum fideliter translatatum. In nomine Domini. Ego Berengarius, Dei gratia marchio, comes, una cum matre mea N'Ermessindis uxoriique mea Guilie, comitis, uenditores sumus Guadaldo omnes feuos quod tenes pro nobis prescriptis ad tuum proprium alodium emptore. Per hanc pactum scripture uinditionis [nostre] uindimus tibi, sicut predictum est, omnes feuuos quem tenes uel habere uideris in comitatum Ausone uel Barchinone infra terminos scilicet parroechie Sancti Saturnini de ipsa Rocha et infra terminos Sancte Agnetis parrochie et infra terminos Ville Albe et de Cardetulo et infra terminos scilicet Ville Noue, et infra terminos Laurone et de Cucumis, et infra terminos de Vulpiliariis, et infra terminos Meserate et infra terminos parrochie Sancti Stephani de ipso Collo, simul cum ipsis feuuos uel franchedas de Sancto Vincentio qui sunt infra parrochiam Sancti Iuliani Arientone sicut distat ipsa uia qui uadit de predicto collo et pergit per Valle Maiore et exit ad Curnudellos et peruadit per ipsam serram de supra Ciresam siue ad ipso puio qui est supra ecclesiam Sancte Cucuphati quem dicunt Tridiliano necne supra ipsas Pinnas et ipsam Cerdaniolam et sic reuertit per ipso penditio usque ad ipso arinio qui discurrit ante Sancte Marie quem dicunt Alarone et exit usque ad ripam maris et infra terminos parrochie Sancti Felici de Cabrera sicut distant ipsas arenas de Cabrilios et usque ad ipsam heram de Mirane, siue ad ipso puio de Cedelegs, et infra terminos Sancti Andree de Orreos, prescriptas namque ecclesias qui sunt in circuitu de iam dicto castro Sancti Vincencii qui sunt de prefato feuuo, id est, Sancto Iuliano predicto Sanctique Petro Clerani et Sancti Andree Orreos qui sunt eius subiectas, et Sancti Felici simul cum subiectis suis ecclesiis, id est, Sancti Cipriani Sanctique Iohannis simul tibi uindimus ad tuum alodium. Quantum habemus uel habere debemus per qualicumque uoces uel auctoritates infra supradictos terminos et loca uel terminos et adfinitates cum ipso feuuo quod est in Ausona, in Infermeles et in eius terminos et in Tagnano et in eius terminos cum ipso censso atque seruitio quod inde nobis exire debet et cum ipso censso atque feuuo quod est in Alela, sic uindimus tibi prenotato Guadaldo ad tuum alodium franchum inde liberum exceptus ipso castro Sancti Vincencii cum ipso puio et omnibus edificiis eius quem ad opus nostre reseruamus nostreque posteritatis. Alia prescripta omnia de nostro iuro in tuo tradimus dominio et potestate ad omnia quacumque exinde facere uolueris propter precium uncias .C. auro Amorino uel Iafarino in rem ualentem, quem predicto precio tu nobis dedisti et nos ex te suscepimus sicut inter nos conuenit et apud te emptore exinde nichil remansit. Et est manifestum. Quod si nos uinditores aut aliquis homo uel femina utriusque sexu uel persone qui hec carta uinditionis frangere uel diminuere uoluerit aut uoluerimus, nil hoc ualeat aut ualeamus set prescripta hec omnia tibi in triplo componat aut componamus. Et inantea hec uindicio firma stabilisque permaneat in feuuo.

Facta ista carta uinditione .XVº. kalendas ianuarii, anno .XXº. VIIIº. regni Rodberti regis.

(*Cruz*) Berengarius, comes. N'Ermessindis, comitisse (*cruz*). Guilie, comitisse (*cruz*), nos qui ista carta uinditio fecimus scribere, firmauimus testesque firmare rogauimus. Raimundus, archileuita (*cruz*). S+Ermemirus, leuita et sacriste. S+Guilelmi de Monte Catano. S+Dalmacius, leuita.

S+Poncii, cognomento Bonifilii, clerici et iudicis, qui hec scripsit et *sss* die et anno quo supra *sss*.

Sig+num Arnalli Petri. *Sss* Arnalli, presbiteri. S+Durandi Belloti. Sig+num Ferrarii, presbiteri. S+Berengarii de Garricis. S + Iohannis Sancti Pauli, nos huius translati testes sumus.

Sig+num Petri Mascharonis, qui hoc translatum scripsit cum litteris appositis in linea .IIIª., VII kalendas iunii, anno .Mº.CCº.VIº.

## 104

1025, junio, 15

*Ermesèn firma junto a su nuera Sança, condesa de Barcelona, la sentencia judicial en la que Honifred y Arnau, hijos de Fruia, reclamaron un alodio situado en el término de la parroquia de Sant Andreu de Castellnou de Bages, territorio de Bugo, y que habían comprado al matrimonio Grifred-Guisul, padres de Aurúcia.*

[A]. Original perdido.

B. Barcelona. ACA. Monacals Universitat, legajo 75; Registro de Documentos del cajón 18 del Archivo de Sant Benet de Bages, doc. 112, sin datar.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 83.

<<Consta ab acte clos per Pons, dit de sobrenom Bonfill, a 18 de las calendas de Juliol, de la Passió o Crucifixió del Sr. 1025; del rey Roberto 29. Fou tinguda Audiència en los Claustros de St. Benet de Bages, assistint a ella homes idòneos, i personas colocadas en dignitat, és a saber, Guillem levita, Bernat, y Ramon y Ayanrrich germans, y companyó Siguino, y Miró de Rajadell, (Ridagellensi) y altres homes idòneos, Gilabert, Eldemaro, Sindaredo, Adalberto, y Fruyano, y Mayol y Bonfill, y Seniofredo y altre que era levita, y Ermengol levita, y Atanulfo, Ramon Enego, y Darneto, y Berenguer Guadamir, y altre Bonfill de Ventaiolo, ab altres personas tent llegas, com religiosas, y gran multitut del vulgo; resident los jutges, Vidano Prevere, y Bonfill March y Guitardo; presidint Ramió abet del die monastir: assistiren los demanadors, Honifredo, y Arnal, fills, que foren de Fruyano, los quals demanaren al dit abat, una gran possessió de alou seu, la que injustament dit abat retenia, lo qual alou, o possessió, Miró, fill, que fou de Igilano, ab sa muller Aurúcia, los havia vengut, per escritura; lo qual està en lo comptat de Ausona, o Manrresa, en lo terme del *bugo* (tal vegada està en lloc de *Pugo*) baix lo terme de la parròquia de St. Andreu. Lo sobredit abat, en sas respuestas digué; tot lo que me demanau, Guifredo, y sa muller Guisulo, pares de Aurúcia, la qual proclamau auctora vostra, per la escriptura de donació, que veyeu, ho donaren al meu monastir per propri, com en ella se pot llegir, y després, Miró, vòstron auctor, ab la sobredita Aurúcia, ho donaren per propri a St. Benet; o, afegiren o anyadiren a St. Benet, tot quant me demanau: Y jo, després de la consignació, que en mà sua, y poder feren, ab corda de campana, que penjava devant lo alear de St. Benet, rebí en mon dret, tot lo sobredit: Y per altre consignació, que'm feren ab las claus de las casas del alou sobredit, ani ab Miró al dit alou, lo qual me l'ensenyà lo dit Miró, los llensi a ells, y a sa família del dit alou, y per veu de St. Benet los torní en lo mateix alou, per a què per la dita veu de St. Benet lo habitassen, y tinguessen y pagassen cens per St. Benet, tal qual se convingué entre ells, y mí. Las veus, emperò, que requiriu, y las escripturas que ensenyau, són posteriors a mas veus y escripturas. Y vistas, y llegidas estas peticions, y respuestas, y escripturas de una y altre part, preguntats, com ensenyan las lleys, y requisits primerament los testimonis, reconegueren plenament que axò devia ser del dret del archisteri de St. Benet sobredit. Judicaren, que Ramió abet sobredit, comprobàs per idòneos testimonis, lo que se objectava, per composició de las veus dels demanadors; y així se agués de confirmar tot lo sobredit per dret de la sobredita iglésia: Entretant per autoritat judiciària, se presentaren idòneos testimonis: Gondemaro y Igila levita, y Elias Prevere, Miró, y Adroario, y Eldemaro, llechs, per part de St. Benet; qui ab idòneos testimonis,

testificaren lo sobre escrit; per aniquilació de la veu dels demanadors com se pot vèurer las mateixas condicions. Dat lo testimoni segons lo ordre de las lleys, los jutges sobredits demanadas totes las escripturas de part dels demanadors, excepto si baix de estos sis no hajan pogut los dits testimonis de dar son testimoni. Consignaren tot lo sobredit per dret de la Sta. Iglésia de Déu y de St. Benet, per quant tot lo sobredit se li havia donat votiva y potencialment. Lo demés que de aqui se efectuà se ha de reputar ser vàcuo, y de ningun moment (y per abreviar). Que la veu que lo dit abat concedí a Miró y a sa muller, en las ditas cosas, se li tragueran de son poder, y las firmaren per dret, y poder del dit monastir. Firma esta decisió Oliva Bisbe, lo mateix Miró, qui cedi totes sas veus, y entre altres, Vuadaldo arquilevita, Ermengol compte, Ermessindis, y Sància, comptessas.>>

Al merge: <<Any de la Nativitat 1057 o 1058. Decisió de un plet que tenia lo monastir sobre una gran part de alou en lo terme de Tona a favor del monestir. De esta escriptura consta autèticament que Roberto entrà a ser Rey, lo any 996 de Christo, perquè juntant a ells los 29 del reynat suman 1025.>>

## 105

1025, junio, 16

*La condesa Ermesèn presidió junto a su hijo Berenguer [Ramon I] el juicio donde el monasterio de Sant Cugat del Vallès denunciaba a Adalbert, vizconde de Rosselló, de haberse apropiado de un alodio en Mongat, Maresme.*

B. Barcelona. ACA, Cart., fº 315, nº 944.  
Ed. Rius, J. *Cartulario de San Cugat del Vallés*. Vol. II, documento nº 496.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, pp. 51-52.  
Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p. 220.

[I]n iudicio domna Ermesindis in doli, gratia Dei comitissa, filioque suo domno Berengario, inclitus comes et marchio, et in ordinacione illorum iudicum subteriorum roboratorum, in presencia domno Ugonem, comitem urbe Impurias, et in presencia dominus Petrus episcopus, Raimundus archileuita, fratresque suos Guillelmus et Bernardus, Ugoni Ceruilionensis, Gundebaldus Bisorensis, Amatus uicescomite Gerundense, Mironi Ostulensis, Bernardus quem dicunt Runtu, alias Bernardus Ouasius, et alii quam plurimi uiri in eodem loco adsistentes. Quoram istis prefatis uiris uenit homo quadam nomine Adalbertus, uicemcomitem Rossilionensis, et postulauit directum predicta comitissa ut fecisset et ueritatem et iusticiam et Guitardus, abba cenobio Sancti Cucuphati martiris Domini, qui abstulerat suum aludem qui ei enuenerat pro ereditatem coniuge sua condam nomine Chisulo, et predicta Chisulo euenerat pro successione amitam suam condam Ermildis. Tunc prelibato aba in suis responsis afatus est dicens: <<Neque abstuli neque disuasi, set propter manum domno Raimundus comite bone memorie eum accepi et prelibato cenobio eum recuperauit. Eoque multis retro diebus semper tibi iusticie inquirendo et nichil michi proficiebat, set in ac ora paratus sum iusticiam tibi facere, sicut diiudicatum mihi fuerit secundum auctoritatem lege gotica, quod tu simili modo proficias.>> Cum hec talis racio audiuit, prefatus Adalbertus placuit ei ut abligassent se ex ambobus partibus propter fidemiussoris in conspectu superiorum uirorum predictorum. A parte uero pretextatus abba fide fuit Ugoni Ceruilionensis et ex alia parte fide fecit Gausebertus Blanchetus. Cum hec factum fuit hoc obligatio inquisierunt omnes uiros qui erant quadunati intus in ipso palatio comitale intus in Barchinona ciuitate, sicut superius inserti sunt, omnes illorum certitudines tam pro scripturis quam pro testimoniis uel per omnes uoces ueritatis. A parte uero prefatus Adalbertus euanuit omnem ueritatem, tam in scripturis quam in testimoniis et in cunctisque uocis. A partis uero predictus abba abundauit omnem iusticiam et ueritatem, sicut sanctorum Patrum dimulgauerunt in lege gotica, in duorum testium uel trium onestorum uirorum. Ec sunt nomina eorum, id est, Teudericus Anacalita ex prelibato cenobio et Guifredus ex puio Bitilona, Bernardus sacer, et Liuola. Isti fuerunt parati sacramentum facere, sicut et fecerunt, illos uidentes et audientes et in eorum presencia adstitid prefata Aermildis quando dedit ipsas fruges tam sicas quam umidas qui exiebant de ipsum suum aludem quod abebat in Montis Gato ad nepotam suam prefata Chisulo, ut eas tenuiset et exfructificasset in omnibus diebus uite sue. Post excessu uero eius, integrum et intemeratum cum eorum fructum terris atque uineis remansiset ad pretaxato cenobio Sancti Cucuphati Octouianensis cum domibus atque superpositis qui in eodem aludem sunt constructi atque condirecti. Cum hec professi fuerunt

predicti uiri, sicut superius scriptum est, et uidit se uictum ad sua fallacia noluit recipere ipsos testes et abstraxit se de ipso placito. Nos uero iudices creati recepimus eos sicut inuenimus in lege gotica conscriptum, secundum auctoritatem sanctorum Patrum in libro secundo titulo primo: <<Si de facultatibus uel rebus maximis aut eciam dignis negocium agitetur iudex presentibus utriusque partibus duo iudicia dere discussa conscribat. Si uero, ordinante iudice, unam pars testes adduxerit et dum oportuerit eorum testimonium debere recipere, pars altera de iudicio se absque iudicis consultum subtraxerit, liceat iudici prolatos testes accipere et quod ipsi testimonio suo firmauerint ille qui eos protulit suam instanciam consignare. Nam ei qui fraudenter se de iudicio sustulit producere testem alium omnino inlicitum erit.>> Nos uero predicti testes Teudericus, Anacolita, Guifredus et Sendredus, quem dicunt Iuuenis, Bernardus, sacer, et Liuola, laicus, qui fuit eius ministralis retromultis annis, in unum damus testimonium uel iuramus in presencia Mironi leuita et Sanla, presbiter, Otto, monacus, Guifredus Longuardus, Ricolfus, Miro Agela, Geribert, Seribert, Arnaldus, Guilelmus et Argemir, Oliba, Guadimir de Caneto, Ricolfus de Puliano, Codmar de Pomar, iuramus per Deu patrem omnipotentem et per Iesum Christum filium eius Sanctumque Spiritum, qui est in Trinitate unus et uerus Deus, et per unc locum ueneracionis Sancte Marie uirginis matris Domini nostri Iesuchristi cuius baselica sita est in comitato Barchinonense, in Maritima, intus in uico Bitulona, supra cuius sacro sancto altario as manus nostras continemus uel iurando contagimus, quia nos suprascripti testes bene scimus uidendo et audiendo quando quod Ermildis dedit ipsum suum alodem que abebat in apendicio de Montis Gato uel de Munistrol uel de uico Tizana Domino Deo et prelibato cenobio Sancti Cucuphati uel eius seruientes in eodem modo uigore et tenore, ut predictam consanguineam suam condam Chifulo tenuisset et possedisset et exfructificasset eum omnibus diebus uite sue, post eius uero morte remansiset at predicto monasterio, et eaque dicemus recte et ueraciter testificamus atque iuramus super adnixum iuramentum in Domino. Sic nos adiuuet Deus et istarum sanctorum reliquarum. Afrontat namque pretaxatum alodem de partis uero circi in cacumina montium qui diuidit inter Maritima et Vallense, a partis uero aquilonis afrontat in ipso riuulo de Alela, qui tempore pluuiarum discurrit, a meridianis uero partibus afrontat in ipsa mare uel in undarum elaciones, ad occasum uero parte abet afrontacionem in ipso riuulo de Miliano qui per imbreu dicit aquas. Quantum istas totidem afrontaciones includunt, sicut consignamus nos iudices, id est, Bonifilius, clericus et iudex, et Viuas, sacer et iudex, et Mironi iudici atque contradimus in potestate Domino Deo et Sancti Cucuphati martiris Christi uel eius abba siue eius siruentes, ut faciant exinde sicut de aliis alodibus predicto monasterio mos illis est facere, et qui contemtor illis extiterit ire Dei incurrat, et ad extremum diem cum Iuda(*cruz*).<sup>(1)</sup>)

Actum est hoc .VI.X. kalendarum iularum, anno .XXVIII. regnante Roberto, rege.  
 Teudericus, monachus, *sss.* S+m Guifredus. *Sss* Bernardus, sacer. S+m Liuola, nos uero pariter in unum testes sumus et unc sacramentum fideliter in Christo iurauimus. Sanlanem, presbiter, *sss.* Odo, monacus, *sss.* Miro, leuita, *sss.* S+m Guifredus Languard: Mir Agela. S+m Ricolfus. S+m Guilelmus Arnal. S+m Argemir. S+m Oliba. S+m Guadimir. S+m Ricolfus.

(1) porcionem accipiat, et inantea ista pagina la condicionis uel consignacionis firma et stabilis permaneat modo uel ultra.

## 106

1026, enero, 11

*Ermesèn, condesa de Barcelona, es nombrada por Bermon, vizconde de Cardona, albacea en su testamento junto a los hermanos de éste, Eribau y Folc, y otros allegados.*

[A].Original perdido. Cardona. AAC, nº 202.

B. Barcelona. BC. Ms. 729, Vol. 4, ffº 113-115, ex A. Copia simple en papel s. XVIII (ca. 1783-1786).

Ed. Serra Vilaró, J. <<Els senyors>>, pp. 91-93, ex B.

Ed. Casas i Nadal, M. *El monestir*, pp. 27-30, doc. 13, ex B.

Ed. Galera Pedrosa, Andreu. *Diplomatari de la vila de Cardona...*, documento nº 19.

Cum Saluator noster suam pietatem humani generis de potestate diaboli et de morte perpetua mirabiliter se ipsum oferendo eripuit et ipsam mortem perpetuam damnauerit. Mirum quomodo miserabilis qui tam puram libertatem meruit habere, se ipsum ultroneus denuo diabolo subdidit et morti iterum contradicitur, sed illud nobis est glorificandum et admirandum atque fideliter credendum quod qui redemit a morte prima misericorditer per eius obediendo precepta relaxanda peccata redemit a morte secunda, scilicet semper his miseretur omnino qui post perpetrate peccata toto corde ad illum reuertuntur mente deuota, et ideo sumopere cauendum nimisque pertinescendum unicuique homini mortali ut qui promptimor esse in delictis fuit promptior sit ad conuersionis emendationem, et cordis compunctione et lacrimis effusione et ad ueram emendationem si percipere cupit delictorum remissionem et participem fieri tribuente Deo paradisiacam retributionem.

Hec ergo Bermundus, uicescomes, peccator et infelix et ut uerius dicam recognoscens me super omnes peccatores contra Deum me deliquisse aud pecasse, ideoque trementer et periculose percogitans meorum facinorum inmensa delicta et innumerabilia et insustentabilia a me perpetrata peccata recogito mente humillima, ne quod absit subito a furibus malignis rapiar ueniam piissimo atque clementissimo et recordissimo Deo indignus ego humiliter exposco et in eius clemencia animam meam et spiritum meum commendando, et in manus et prouidentia domna Ermissindis, comitissa, et fratre meo Eriballo, archileuita, et Fulco, fratre meo, et Guissado Ollemar et Seniofredo de Cardona et Bonefilio de castro de Falcos et Vuillelmus, abba de Kardona, fideles meos, et istos per Deum rogo et iniungo atque postulo ut siatis michi tutores et fideles elemosinarii, et rogo uos per Deum, ut si cause mortis mihi contingere ante quam alium testamentum renouauerim, quod si minime alium testamentum renouauero, abbeatis potestatem distribuere omnium facultatum mearum, tam mobilium quam immobilium, in sanctis Dei ecclesiis et in oblationes sacerdotum, monachorum et clericorum et elemosinas pauperum et uiduarum et aliorum hominum in quem sequenti et presenti pagina est exaratum, sicut ego uobis iniungo in istius scripture uolumine presenti esse scriptum per iussione mea animo placibili et mente spontanea. In primis donare faciatis domino Deo et beata Maria sedis Gerunde ipsum meum aludem quem habeo in comitato Gerundense, in ipsa Pera, in parrochia Sancti Isidori, quam ibidem habeo et inantea adquirere potuero, in tali uidelicet tenore, ut interim uiuit Eriballus, frater meus, teneat et possideat ipsum aludem, et post obitum illius remaneat ad predicat Sancta Maria, ad ipsa kannonica, in expensione de ipso kannonicos Deo ibidem

seruentium, si ipsa kannonica permanserit. Si uero quod absit minime persteterit, remaneant ipsos alodes ad unum clericum in seruicio Sancte Marie, cui Eriballus elegerit, si ei hoc ordinare licuerit. Si autem hoc ipsi eligere non licuerit, remaneat ad unum consanguineum nostrum clericum, illum qui plus nobis propincus fuerit, in seruicio Sancte Marie, et de unum in aliud in perpetuum. Et ad domum Sancti Petri sedis Vici modiatis .VI. de uineas quod habeo in Seuedano, ad ipsa kannonica. Et ad Sancta Maria de Riupollo modiatis .VI. de uineas quas habeo in Falcos, ad ipso bosco. Et ad Sancto Petro de Castro Serras ipsos meos alodes quos habeo in Sosca et in Cheruso, uel in illorum terminis, in cunctisque locis qui ad ipsos alodes pertinent, qui mihi aduenerunt per uocem auia mea, Emetruit, uel parentorum meorum, uel per qualicumque uoce. Et ad domum Sancte Marie de Tagamanent modiatis .VI. de uineas que sunt ad ipsa Castanea. Et ipsa mea hereditate que habeo in Valles, in parroquia de Laurona, uel de Samalucio, uel in Sancto Stephano de Garriga, uel in cunctisque locis in prelibato Valles, dimitto ad kannonica Sancte Crucis et Sancte Eulalie de Barchinona, siue ad Sancto Cucuphate cenobio Octauiano, ut inter predictas ecclesias equanimiter siant diuisi ipsi alodes. Et ad Sancta Maria de Seua modiata I de uinea in Cannelles. Et ad cenobio Sancti Benedicti cenobio de Baies remaneat ipso meo alode de Vilarasa. Et ad Sancto Vincentio de Falcos modiata .I. de uinea que habeo in Falcos. Et ad Sancto Vincentio de Cardona ipsum meum alode quod habeo in comitatu Gerundense, in termines de Colonico, quem emi de quondam Rudtandus, leuita, et ipsos alodes meos in termines de Cardona, inter Bigurcio et Palacio, pariliadas .II. de terra, et ipso meo uinearii de ipso bosco ante Kardona, et ipsas uoces meas quas habeo in ipsos totos mulinos qui sunt in terminis de Kardona, uel de Cleriana, uel infra illorum termines, et ipsas uineas que habeo in Cleriana, et ipsa mea hereditate de ipso alode de Quadros, sic dimitto ipsos alodes a prelibato Sancto Vincentio, ad ipsa kannonica, ut in perpetuum liceat eos possidere sine aliqua inquietudine domino Deo et beato Vincentio et clericis et sacerdotibus ibidem Deo seruientibus. Et ipsum meum aludem quod habeo in Baias dimitto similiter a Sancto Vincentio predicto, propter remedium anime mee et genitorum meorum uel omnium parentorum meorum. Et omnes meos alios alodes quod remanent in cunctis locis, simul cum ipsa mea honore, dimitto in potestate et tutela de fratre meo Eriballo, archidiacono, uel in baglia de domna Ermessindis, comitissa, in ea ratione, ut si Deus mihi filium de legitimo coniugio dederit et ad estate peruererit ipse sit possessor sub menu auunculi sui predicti Eriballo de omni mea hereditate, quod a sanctis non habeo debitata, siue de mea honore in blandimentum de predicta Ermesindis, comitissa. Si autem filium Deus mihi non dederit, similiter ipsos alodes uel honore mea in menus Eriballo, ut ille similiter eligat per sua manu Fulcum, fratrem nostrum, ut in diebus suis, si Fulco Eriballum superuixerit, possessor siat de prephata hereditate uel honore. Si autem primus Eriballus mortus fuerit et Fulco superuixerit similiter, post eius discessum, remaneat ad Remundo, fratre nostro. Si autem, quod Deus auertat, Fulcus et Raimundus absque filiis mortui fuerint, eligat quisque ad obitum suum unum de plus propinquis nostris in cuius potestate remaneant ipsi alodes uel honore. Et omne meum hauere quantumcumque inuenire poteritis in omnibus locis in auro et argento, pane et uino, et bestiarlis omnis generis, uel stratis, palleis, laneis et lineis diuersis generis, et omnibus uasis quod a sanctis, uel hominibus, nobis ordinatis persoluere faciat omnes debitos meos quantoscumque ueraciter comprobare potueritis. Aliter uero quod superfuerit donare faciat per trentenarios .C., uel misses sacrificiorum, siue pro redemptione captiuorum, uel elemosinas pauperum et reedificationes ecclesiarum pro remedium anime mee et parentorum meorum. Hec omnia uobis iniungo prelibatis elemosinariis meis ut, post obitum meum, sicut

superius insertum est, ita peragendo perficiatis absque blandimento de ulloque hominem uel feminam. Qui aliter nisi quod insertum est temere aut fraudulenter agere presumpserit maledictio Dei incurrat sub anatematis uinculo in inferni claustra condemnatus permaneat. Et qui hanc testationem uenerit per inrumpendum, non hoc ualeat vindicare quod repetit, sed componat in uinculo auri libras quingentas. Et inantea ista testificationis scriptura permaneat omni tempore inconuulsa, stabilis et firma.

Facto isto testamento .III. idus ianuari, anno .XXX. regnante Rodberto rege.

Bermundo, uicecomite *sss.*

Fulco +. Chisadus +.

Bonifilius, presbiter et monachus, qui istum testamentum rogatus scripsit et + subscripsi cum litteras suprapositas uel infrapositas uel emendatas, die et anno quod supra.

1026, febrero, 1

*Ermesèn, su hijo Berenguer [Ramon I] y la primera esposa de éste, la condesa Sança, donaron a Guinedilda y a sus hijos, a Bernat Guifred y a su mujer Sancia, y a Bonfill y a su consorte Emeltrudis, la tierra abandonada de Cervera, en el límes del condado de Osona.*

- A. Barcelona. ACA. Cancillería, pergs. de Berenguer Ramón I, carp. 8, nº 52.
- B. Barcelona. ACA. Cancillería, pergs. Berenguer Ramón I, carp. 8, nº 52 dupl.
- Cf. Balari, *Orígenes históricos*, p. 314.
- Ed. Font Rius, Josep M. *Cartas de población y franquicias de Cataluña*. Vol. I, documento nº 16.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 52.
- Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p. 211.
- Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 172.

In Christi nomine. Ego Ermesindis, gratia Dei comitissa, cum filio meo Berengario, marchione, comite, et coniuge sua Santia, comitissa, largientes uobis Guidinilda femina et filiis tuis Mirono et Guilaberto et Amato et uobis Bernardo Guifredo et uxori tuae Santie et Bonefilio et uxori tue Amaltrudi aliquid per gratiam nostrae munificantiae donatores sumus uobis, sicut et damus terram nostram heremam adiacentem marchiae comitatus Ausonensis, cum ipso puio et castellare quod ibidem est, dictum Ceruaria, quod uos contra infestationem paganorum positi ante habitatores marchiarum omnes per uestram apprissonem et turris constructionem in uestro iure iam retinetis, simul cum omnibus pugnis de prono atque plano quod inueniri potest infra terminos subterscriptos. Aduenerunt nobis hec omnia per largitionem predecessorum nostrorum Borrelli atque Raimundi diuae memoriae marchionum comitum siue per uocem iuris uxorum dati in rebus uirorum nec non et per regiam uocem quam habemus in supradictis rebus sicuti et antecessores nostri. Habent namque hec omnia terminum per nostram iussionem atque nostrum consultum de parte orientis, sibi datum usque ad partem septentrionis, primo in ipsa Pelosa, deinde in ipso Coscololio et in ipso Cannosello et in ipso Fonte de Luciane et in ipsa Turre de Zuleima et usque in riuum Sigeris, septentrione quoque usque, in occidui partem soli Deo terminanda relinquimus et a potestate sarracenorum seruanda expectantes confidimus, de occiduo uero usque ad meridiem primo in supra fluvio Sigere et sic inde reuertendo usque in ipso castellare de ipso Losorio et per uallem predicti Losorii usque in ipsam Guardiam Grossam, de meridie namque usque in orientem, primo in prefata Guardia Grossa et inde in fonte de ipsa Murria postmodum in prenotata Pelosa a quo cepimus. Hac quippe omnia, sicuti sunt posita, infra suprascriptos terminos damus uobis supradictis hominibus nostris et supradictis feminis in eo uidelicet modo et ordine ut, in quantum Deus uobis permiserit et posse donauerit, a uastitate heremi abstrahatis et ad culturam atque habitationem hominum et ad constructionem tam castrorum quam turrium perducatis. Et de supradictis rebus alium seniorem uel patronum uos aut uestra posteritas siue uestri successores non eligatis neque faciatis, nisi nos aut posteritatem nostram, sed medietatem ex supradictis omnibus rebus seu de omnibus augmentis quae facta sunt aut abinceps fuerint infra suprascriptos terminos ad uestrum alodium et ad uestrum proprium habeatis, ad faciendum exinde quod uolueritis tam uos quam uestra posteritas siue successores

uestri. Aliam quippe medietatem supradictarum rerum per nostrum feuum siue nostre posteritatis possideatis atque securi teneatis uos et uestra posteritas siue successores uestri ad nostram siue nostrae posteritatis fidelitatem. Quod si nos aut nostra posteritas iniuste contra hanc nostram donationem uenerimus aut uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeamus aut ualeat uendicare, sed componamus aut componat uobis aut uestre posteritati siue successoribus uestris supradicta omnia que uobis damus in triplum. Et insuper haec donatio firma permaneat omniue tempore.

Actum est hoc kalendis februarii, anno XXX regni Rober[ti], regis.

(*Cruz*)Hermessindis, gratia Dei comitissae. (*Cruz*) Sanciae, nutu Dei comitissae, nos qui hanc donationem fecimus et firmare rogauimus.

S+ Gondeballi Bisoriensis. S+ Mironis de castro Pontibus. S+ Guilelmi de Lupariola.

S+ Pontii Bonifilii, clerici et iudictis, qui haec scripsit et *sss* die et anno quo supra.

## 108

1026, febrero, 26

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, presidieron la asamblea judicial donde Bonfill, abad de Santa Cecília de Montserrat, denunciaba a un tal Compagno, hijo de Seguino, por haber usurpado 20 “pariliatas” de tierra en la Segarra junto a la iglesia de Santa María de [Prados].*

- [A]. Original perdido. Montserrat. AAM, caj. 25. legajo, 1, fº 2.  
B. Barcelona. ACA. Monacales de Hacienda. ÍNDICE. Vol. 3751, fº 22. Noticia del siglo XVIII, *ex A.*  
[C]. Martorell i Trabal, F. <<Manuscrits dels PP. Caresmar, Pasqual i Martí a la biblioteca del convent de franciscans de Balaguer>> en *Estudis Universitaris Catalans*, nº 12, 1927, pp. 192 y 207. Transcripción perdida: *ex A.*  
D. Madrid. Real Academia de la Historia. Colección Traggia, vol. 2, ffº 125v-126. Regesta *ex C.*  
Ed. Altés i Aguiló, F.X. <<El Diplomatari del monestir de Santa Cecília de Montserrat>> en *Studia Monastica*. Abadia de Montserrat. Vol. 37. Fasc. 2. Año 1995. Documento nº 143.

### Regesta siglo XVIII

“Bonifilio, abad de Santa Cecilia, en presencia de Berenguer, conde, y su madre doña Ermesindis y de varios se quejo de que cierto Compagno hijo <<proles>> de Seguino tenía usurpadas las 20 pariliatas de tierra en Segarra con la iglesia de Santa María <de Prados> no obstante la donacione de Suniario y el <<precepto signo regio corroboratum>>, et privilegium Romane Antistite confirmatum>> preguntaron los jueces a Compagno por que tenia aquello y respondio que por su succección paterna y por haber puesto en cultivo todo aquello que estaba yermo. Se resolvio que la mitad fuese de Compagno y la otra del Monasterio, pagando aquel las decimas a este. Otorgo esto Compañó y su muger Aimerudis.

Actum est hoc Barcinone, ante ostium Sedis Sancti Crucis ecclesie, 4 kalendas martii anno 30 regni Rotberti regis.

*Notario Guillelmus, sacer et monachus.”*

1026, diciembre, 8

*Ermesèn, su hijo Berenguer [Ramon I] y la esposa de éste, Sancha, condes de Barcelona, confirmaron a favor del monasterio de Santa Cecilia de Montserrat la donación realizada en el pasado por los desaparecidos condes Borrell y Ramon [Borrell] de las iglesias de “Sancta Maria”(Santa Maria) y “Sancti Mametis” (Sant Mamet) situadas en “Canci” (Camps). A esa donación los condes añadieron los diezmos y alodios que pertenecían a esas iglesias.*

[A]. Original perdido. Montserrat. AA M, copia fotográfica que mandó hacer el padre Anselm Albareda entre 1920-1930.

[B]. Montserrat. AM, copia fotográfica que mandó hacer el padre Anselm Albareda. Copia del siglo XI, antes en el Archivo de Montserrat, cajón 10, legajo 26, nº 2, trasladada al Archivo de la Corona de Aragón y ahora ilocalizable. C. Barcelona. BC, Ms. 729, SACM, Vol 3, fº 18.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits...,* documento nº 89.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...,* p. 52.

Ed. Altés i Aguiló, F.X. <<El Diplomatari del monestir de Santa Cecília de Montserrat>> en *Studia Monastica.* Abadia de Montserrat. Vol. 37. Fasc. 2. Año 1995, documento nº 146.

In regis gloriosi et immensi nomini saluatori nostri Dei, ego Ermesindis, nutu Dei comitissa, una cum filio meo domno Berengario, comite coniuxque sue domne Sancie, comitis, nos simul in unum, donatores sumus omnipotenti Dei sueque spose aeclie Sancte Ceciliae caenobii constructa in Montem Seratum, aliquantulum possessionis nostre. Manifestum enim quia priores nostri dominus uidelicet Borellus, comes, filiusque suus uenerabilis memorie Remundus, comes et marchio, dederunt ibi ecclesias in Cancis, id est, Sancta Maria et Sancti Mametis ceterasque ecclesias uel santuaria ibidem sita cum cetero alaude uel domos quod ad illorum uoce ibidem pertinebat, sicut in ipsis scripturis inspici posit. Quem nos modo ad onorem Dei aliquid addimus, id est, omnes decimas ex alaudibus quod ad iam dictas ecclesias pertinent siue de alaude de Leopardus siue de Argemir atque omnes primicias uel oblaciones ipsius alaudibus iam dictis uel ex omnibus qui ab antiquis temporibus ibidem ad diuinum officium conuenerunt illorum primicias et oblaciones ad prefatum cenobium confirmamus et contradimus, ut in perpetuum eas abeat et possideat iure proprio Sancte Cecilie, ut Deus omnipotens absoluat animas illorum ab omnibus peccatorum uinculis, et nos eruat in presenti seculo ad cunctis aduersis et in futuro adgredet in dextris cum suis electis. Et propter hoc sic de nostro iure in dominio et potestate contulimus et tradimus cenobium iam dictum Sancte Cecilie simul cum exiis et regresiis atque terminos et afrontaciones illorum, id est, omnes primicias, predia uel munificencia iam dicto cenobio atque, sicut iam dictum est, alaudes ceterarum ecclesiarum uel omnes prenominatos, simul cum munus exorcismum aque et salis benedicte aspersionis, in eternum ibi maneat solidatum, in nomine ipsius qui uenturus est iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem. Et si quis, temerario ausu sacrilegaque audacia, ex hoc aliquid diminuere uel confringere uoluerit deputatus sit cum ipsis, nisi resipuerit, qui dixerunt domino Deo: “recede a nobis”; et insuper ex substanciis suis in triplo restituat. Et hec scriptura ad honorem Dei condita in eternum maneat firma. Et ut ad futurum nulla sit dubietas donamus ad iam dicto cenobio cunctas decimas ex

omnibus alaudibus quod iam dicto cenobio abet in terminio Castrum Taliato per cuiuslibet fidelium largacione.

Facta scriptura ecclesiastica uel elemosinaria .VI. idus december, anno .I. post .XXX.mo regis Rodbertis.

+ERMESINDIS, +Sancia, qui ista donacione fecimus et firmauimus et firmare rogauiimus.  
BERMUND, VICECOMITE. +Reimundus, comes. Oliba, episcopus+. Bonefilio. +Berengarius, comes+. Sig+num Gonballus. Guifredus, leuita qui et iudex, hoc legibus adfirmat et sub *sss*. Sig+num Udalier. Galindus, leuita. Sig+num Oldrigus. Adalbertus prepositus *sss*. Sig+num Gocerandus. Richulfus, archileuita *sss*. Folco+. Reimundus+. Oliba, sacer qui et caputscole *sss*. Sig+num Deusdedit, gratia Dei episcopus *sss*. Sig+num. Poncii, cognomento Bonifilii, clerici et iudicis Barchinonensis, qui haec legibus stabilita sciens *sss*. Reimundus, subdiaconus *sss*. Ermengaudus, leuita subscrispit. Otto, leuita *sss*. Sig+num Reimundus, leuita *sss*. +Elisabet, comitisse. Sig+num Mirone de Ridagel. Sig+num Raimundo Grifr[e]. Sig+num Seniofre de Lucano. Sig+num Guillelmo de Seniofre. Sig+num Guitardo Arnall.

BERNARDUS, presbiter, qui ista donacione mercedem largicionis scripsit *sss* die et anno quod supra.

[*Añadidos a las firmas en la copia B:*]

Oliba, episcopus, + qui hoc corroborat et confirmat et excomunicat ut nullus non sit ausus rem tollere de hoc quod suprascriptum est ad iam dicto cenobio

Deusdedit, gratia Dei episcopus, *sss*, qui hoc corroborat et confirmat et excomunicat ut nullus non sit ausus rem tollere de hoc quod suprascriptum est ad iam dicto cenobio.

## 110

1028, agosto, 3

*La condesa Ermesèn y Bonafilla, abadesa de Sant Daniel de Girona, permutaron con Gaufred Bernat un alodio situado en el término de Castellar por otro ubicado en “Lauredo”, ambos en el condado de Girona.*

Girona. ASDG, Libro 20, fº 194, nº 114. Regesta del siglo XVIII.

Cf. Marquès, Josep María. *Collecció Diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300)*. Documento nº 9.

### Regesta siglo XVIII

“Gucefred Bernat ven á Ermessendis per la gràcia de Deu Comptessa y Bonafilla Abadessa y congregacio de Sanct Deniel compradora per esta escriptura de venda sua, Alou que es en lo Comptat Gerundense, en lo terme del mateixo Castellar, aço es casas ablos sobreposats, corts, casal, cortal, horts, hortals, terras, vinyas, cultiu y herm, pedras, de las pedrarias, ayguas qualsevols, y afronta lo predit Alou de part de S[olixent], en lo terme de Madremanya, á M[igdia], en lo Riu sec, á P[onent], en lo terme del mateix lloch o Lac, y á T[ramuntana], en la mateixa estrada que va a Gerona: ven lo predit alou del mateixo Chastellar que es baix aqu[e]lls termes que Llobet que fou en temps passat ab integro, abla exida y entrada sua, preu lo mateix alou de Lauredo, que es baix los termes de aquell, las mateixas dos que Seniofredo Viscompte, que tingué en temps passat alli era tingut. En poder de Guillem prevere, als 3 de las nonas de Agost, any 33 regnant Rodbert rey.”

## 111

1028, diciembre, 19

*Vives, sacerdote y juez, Bovet, Ermengol y Eliards, ejecutores testamentarios de Guitard, venden a Elies una propiedad que había llegado a manos del desaparecido Guitard gracias a una donación realizada en su día por Ermesèn y Ramon [Borrell], condes de Barcelona.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Berenguer Ramón I, carp. 7, nº. 17.

Ed. Feliu, Gaspar-Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 192

In nomine Domini. Ego Viuas, sacer atque iudex et Bouetus et Ermengaudus et Elliardis femina, nos simul in unum uenditores summus tibi Elias, sacer, emptore. Per hanc scripture uenditionis nostrae uindimus tibi turre et murum et ipsam casam et curtem, cum solos et superpositos, cum guttas et stillicinios et omnia earum adpertinentia, sicut resonat in ipsam cartulam donationis quod Reimundus, comes, condam ei fecit una cum Ermessindis comitissa. Est haec omnia iam dicta infra muros ciutatis Barchinona et ultra muros predicte ciutatis. Aduenit nobis per causam helemosinariam de condam Guitardo, unde nos predicti iuditium obligatum tenemus infra metas temporum asseries conditiones editas ordinante iudice. Que affrontat de parte circio in turre et in muro et in curtem de Oliba Romegera, de orientis in ipso exio comune uel in ipso orto de te emptore, de meridie in turre et in curte de te emptore, de occiduo fores predicte ciutatis in ortale de predicto te emptore. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiant, sic uindimus tibi predictos casalitios cum prefata turre et muro ab integre in propter pretium mancusos .LVII. de auro cocto de manu Bonnom ebreo, quod tu emptor pretium nobis dedisti et nos uenditores ad presens manibus nostris recepimus predicto pretio. Est manifestum. Quem uero predicta omnia que nos tibi uindimus de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate integrerit, cum exiis uel regressiis earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos uenditores aut aliquis homo utriusque sexus contra hanc uenditione uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uendicare, set componat au componamus tibi praedicta omnia in duplo cum omnem suam inmeliorationem. Et ista uenditio firma permaneat modo uel omnique tempore.

Facta uenditione .XIII. kalendas ianuarias, anno .XXXIII. regni Roberti regis.

S+ Viuas, sacer et iudex. Sig+num Bouetus. S+ Ermengaudus +. Sig+num Elliardis femina, nos pariter, qui istam uenditionem fecimus et testibus firmare rogauimus.

S+ Viuas, leuita. S+ Placianus, presbiter. Sig+num Guislibertus.

Sig+num Bellihominis leuite, exarator et sss sub die et anno prefixo.

1029, junio, 10

*Ermesèn presidió el juicio donde el matrimonio Ilia y Dagoberto reconocieron la falsedad de la escritura por la cual poseían el alodio de “Valle Sterria”, condado de Girona. Para evitar ser castigados por la ley la pareja acusada reconoció el dominio y propiedad que sobre dicho alodio tuvo el monasterio de Sant Cugat del Vallès.*

A. Barcelona. ACA. Monacales, perg. Sant Cugat, nº 144.  
 Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallés*. Vol. II, documento nº 510.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 52.

[In nomine Domini. Ego Ilia et Dagoberto, nos insimul donatores hanc] securitatem prompto animo facimus. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus, scilicet quam et futuris quomodo petiuit dominus Witardus, abba, ante domna Ermesindis, comitissa.....]dus Riurense, et Odegarius de Mulnels et Iodfret Bernardus, et Iotbertus de Chamons, et Remundus Oliba, et Iotfrandus Mirone, et in audiencia iudices iuste iudican[tes.....] ipso clochario et ad aliorum plurimorum qui longum est dicere, nos suprascripti Ilia et Dagoberto de scripturam commutationis que fecit domno Odono, episcopo, cum iure[.....] et Sancti Cucuphati in eo modo ut pater meus me dedisset ad seruitium de Sancti Cucuphati per monachum cum mea hereditate, quod si hoc non fecisset alaudem suprascripti de Sancti[.....] to, sicut resonat in scriptura commutationis quod ostendit dominus Witardus, abba, in audiencia suprascripta. Propterea misit domna comitissa ad alaudem[.....]at]que alios quod pater me[us] atque nos donamus atque uendidimus, misit in potestate domno Witardo abba. Et ideo nos ut talia uidimus, ibimus ante domna comitissa[.....]s et ostendimus scripturam falsitatis in presentia domna Ermesindis, comitissa, et Poncio, caput scole, et Berenguer Ollomar, et Iotfred Bernardus et [.....] Gui]llelmus Gischasfret, et Bonifilius Sunner, et aliorum plurimorum nobiliorum hominum. Postea suprascripta comitissa in horum audiencia prehendidit scriptura[.....]t pariter in potestate de Iodfret Bernardus usque ibi iudices fuissent qui iuste iudicium iudicassent, sicut facere debent iuxta leges Ieticas ubi dicit[.....]Propterea nos suprascripti, Ilia et Dagoberto, recognouimus directum domino Deo et Sancti Cucuphati de ipsum alaude suprasscriptum quod iniuste eum tenuimus[.....] de pater meus atque de uiro meo nomine Bonushomo, qui est condam et per metum condemnationis, ut nos non condemnet lex falsitatis, donamus omnem alau[dem quod habemus i]n ualle Esterria in omnes locos ut in iure et dominatione cenobio suprascripto stet omni tempore apud alaudem suprasscriptum quod recognouimus in [.....] supra] scripto alaude, ut nec nos nec ullus homo uiuentis utriusque sexus amplius inquietare audeat te dominus Witardus, abba uel serui[entes.....] dominatione de predicto loco fiat omni tempore iugiter in secula. Et qui hoc inquietare uoluerit uel presumpserit ad nichil eueniat eius pe[titio] et pectet domino De]o libram auri cocti. Et inantea ista securitate uel euacuatione siue donatione firma permaneat modo uel omnique tempore.

Facta ista securita[te uel euacuatione].....,anno .X]XXIII. regnante Rotbert rege.  
Sig+num Ilia. Sig+num Dagberto, nos qui ista securitate uel euacuatione fecimus, firmauimus et  
testes fir[mare rogaimus]. Sig+num Ballomar. Sig+num Iohane. Sig+num Ebrinus. Sig+num  
Adalbertus. Sig+num Geraldus. S+m Sesgud, sacer. Gauzfredus, sacer, *sss*. Sig+numm Iohan.  
Sig+num Sendredo Stefano. Sig+num Priuado. Sig+num Raimundo. [Sig+num] Sunifredus,  
sacer.

Raimundo, sacer, qui istos suprascriptos testes scripsit .III. ydus iunii [ .....securi]tate uel  
euacuatione scripsi et *sss* die et anno quod supra.

## 113

1029, agosto, 23

*Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, presidieron el juicio donde se sancionó a favor del abad y obispo Oliba los límites de los castillos de Tous y la Roqueta.*

A. Vic.ACV. Cajón 9, Episcopologio, II, nº 32.

Cf. Moncada, *Episcopologio*, I, 249.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 95.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI*. Fascicle I, documento nº 877.

Cunctis katolicae fidei credentibus iustitiamque diligentibus, presentis et posteris, cognitum sit quia per acta definitione quod Ugone de castro Ceruilione et Bernardo Sendredo, nepote suo, peregerunt cum Olibane, presule Sanctae Sedis Vicensis ecclesiae Ausonensis, de terminos inter castrum Touuos et castrum Rocheta. Postquam legaliter superati sunt, atque professi quemadmodum testes a parte Sede Sancti Petri per terminum de Touuos per conditionibus editis testificauerunt manibusque sicut conditiones terminos designant prefato Ugone et Bernardo firmauerunt et subscribendo roborauerunt, in conspectu Berengario, comite, matrique suaे Ermessindis, comitis, iudicum quoque ordinantium Guifredus, et Bonusfilius, ceterorumque procerum assistantium. Ubi prefato Ugone, et Bernardo per uocem Sancti Petri et in manus iam dicti pontifici per tricenale tempore possessione recognouerunt manibusque subscribendo firmauerunt ac reliquerunt. Defuncto namque prelibato Ugone, decursis uel peractis septem curriculis postea adquisiuit Bernardus Sendredus prefatus uocem in castrum Rocheta de homine nomine Umberto per scripturam unde per ipsius uocem carte reiterauit Bernardus querelam de iam dicto termino Touuos. Et pro hac causa motus est episcopus, et uenit usque ad locum prefatum Touuos, abens secum ibi Guilielmum, channonicum Sedis prefate de castrum Monteboi, et Bernardum, uicarium de Touuos, iam dicto castro, et ibi congregatis mense augusto ad hoc peragendum uel placitum legaliter celebrandum. Et quia facultas uel locum finiendo placiti tunc non fuit, mutati sunt placitum post festiuitatem Assumptionis Sanctae Marie in Vico. Ubi adfuit prefatus pontifex cum iam dictos possessores Bernardum et Guilielmum, et suorum testium promti ad hoc testificandum, quem detulit secum episcopus ab ipsa Marchia ex prefatis castris usque Ausone Sedis Vico, quorum nomina sunt Ariulphus, Gontarius et Tidisclus. In hac uero audiencia aduocatus fuit iudex Guifredus, ex iam dicte Sedis channonicus, et ibi presens adfuit Bernardus, intus in episcopali palatio, ubi prefatus episcopus promptus ad hoc placitum peragendum cum suis uel iam dictis testibus legaliter preparatus extitit per dies sex, id est, a die lune usque sabbato. Et circa oram terciam predicto die sabbati exhibuit prefatus antistes testes predictos per subditos suos coram iudice prefato Bernardo. Unde monuit eum prefatus iudex si abebat inde rogatione oblatorum testium quod obicere possit. Unde professus est ibi nihil contra eos facere posse uel dicere. Propterea ego Guifredus, iudex, per ordinationem legis qui dicit per oblatorum testimonium testium ille qui eos protulit hoc quod testificant mea instantia consignare, recipio hos testes, in presentia canonicorum et laicorum ferme .L. numero ex quibus subterius nominati uel roborati erunt, ita iurantes: <<Nos testes iam dicti Ariulfus, Gontarius et Tidisclus, iuramus per trinum et unum Deum super altare Sancti Iohannis in Sede Vico quod uidimus hos terminos sicut indicauimus et in conditione prima adnotati sunt per uocem Sancti Petri Sede Vico

Ausone, et per terminos de castro Touus .XXX. annos et amplius tenere et posidere ad uicarios uel abitatores de castro Monteboi, uel de Touus per proprium alaudem iam dicta Sede si Deus nos adiuuet et istarum sanctorum reliquiarum.>>

Et ego Guifredus, iudex, recepi hos testes legaliter testificantes, et consigno et confirmo ipsos terminos uel ipsa terra, sicut eam terminos concludunt uel ambiant, in potestatem Sedis Sancti Petri per proprium terminum de castro Touus, ut in perpetuum solidum et quietum possideat uel abeat prefata Sede et iam dictus episcopus successoresque sui. Et si quis ulterius hoc uoluerit repetere uel inquirere uirtus Dei omnipotentis cum redarguat et decem libras auri cum iam dicto alaude in quadruplum Sancto Petro prelibata Sede componat. Et haec definitio firma persistat in secula seculorum. Amen.

Acta sunt hec .X. kalendas septembbris, anno .XXXIIII. regni regis Rotberti.

Sig+num Ariulpho. Sig+num Gontarius. Sig+num Tudisclus, testes sumus de hac causa, et hunc testimonium iurando fideliter iudice presente perfecimus.

Guifredus, leuita qui et iudex, sub *sss*.

Ermemirus, leuita, scripsit, et sub *sss* in prefato anno uel die.

[Presen]tium autem et audientium hoc testimonium nomina haec sint: Oliba, episcopus +. Goefredus, leuita *sss*. [Gui]lielmus, leuita. Adalbertus, leuita, qui et prepositus, *sss*. Ermemirus, sacer *sss*. Guilielmus, leuita *sss*. Borrellus *sss*. Petrus, leuita *sss*. Wadamirus, monachus *sss*. Trasuadus, sacer *sss*. Reimundus, subdiaconus *sss*. Amatus, *sss*. Senfredus, subdiaconus *sss*. Petouirus *sss*. Ermemirus, sacer *sss*. Guillelmus, clericus *sss*. Ansulfus, indignus presbiter *sss*. Witardus, leuita *sss*. Bonefilio, leuita, sacriscrinii, *sss*. Unifredus, sacer *sss*. Wilielmus, leuita *sss*. Guilielmus, leuita *sss*. Senfredus *sss*. Geroardus, leuita *sss*. Wilielmus, leuita +. (1)

(1) Escrito en el dorso del pergamino.

1030, abril, 18

*La condesa Ermesèn y el resto de ejecutores testamentarios del desaparecido Bermon, vizconde de Cardona, donaron a la iglesia de Sant Vicenç de Cardona una serie de propiedades que éste legó a dicha sede junto a su canonjía.*

[A] Barcelona. ACA, pergs. nº 426. Original perdido.

[B].Barcelona. ACA, pergs. nº 468. Copia perdida, ex A.

[C].Barcelona. ACA, pergs. nº 616. Copia perdida, ex A.

D. Barcelona. BC. Ms 729, Vol. 4, fº 226-227, copia simple en papel del siglo XVIII (ca. 1783-1786) ex A.

Ed. Casas i Nadal, M. *El Monestir*, op. cit., p. 31-32, doc. 14, ex D].

Ed. Galera i Pedrosa, Andreu. *Diplomatari de la vila de Cardona...*, documento nº 21.

Quoniam inuenitur in constitutione legum ut quecumque res sanctis Dei baselicis, aut per principum, aut per quorumlibet fidelium, donationes conlate reperiuntur uotiuē ac potentialiter, pro certo censetur ut in earum iure inreuocabili modo legum eternitate firmentur. Igitur, in Dei nomine, Ermessendis, comitissa, et Eriballus, archileuita, et Fulco, frater suus, et Guisadus Ollomar et Seniofredus de Cardona et Bonusfilius de Falcs et Vuillielmus de Cardona, abbas, nos simul in unum donatores sumus Sancto Vincentio de castro Cardone. Manifestum est quia precepit nobis quondam Bermundus, uicescomes, et iniunxit ut si mors illi aduenisset sicut ea fecit, plenam potestatem habuissemus ad distribuere omnem suam facultatem, sicut ipse nobis ordinauit et intimauit in suum testamentum legibusque confectum et infra tempus ex lege publicatum. Nos quoque, per hanc uocem, donamus homines res ad suprascripto loco quas prefatus conditor illi dimisit in suum testamentum, id sunt, ipsum alodium quod prefatus conditor habebat in comitatu Gerundense, in termino de Colonico, quod supra nominatus Bermundus emerat de Rudtandus, leuita, et ipsum alodium infra terminos Cardone, et sunt paraliatas II de terra inter Bigurcio et Palatio, et ipsum uinearium de ipso bosco ante Cardona, et ipsas uoces quas suprascriptus Bermundus habebat in ipsos molinos qui sunt in termino Cardone et in termino de Cleriana, uel infra illorum terminos, et uineas ipsa quas prefatus conditor habebat in Cleriana, et ipsam hereditatem quam iam dictus Bermundus habebat in ipsum alodium de ipsos Quadros, et ipsum alodium quod ille habebat in Baias. Hec omnia autem suprascripta donamus Sancto Vincentio suprascripto loco et ad ipsam canonicam, ut in perpetuum liceat possidere iam dicta omnia sine ulla inquietudine et diminutione clericis et sacerdotibus ibidem Deo seruientibus et Sancto Vincentio. Quem uero predicta omnia, que nos ad suprascripto loco damus, de nostro dominio in suo iure tradimus dominium et potestatem ut faciant exinde ibidem Deo seuentibus, sicut de aliis munificantiis suis, simul cum exiis et regresiis earum ad integrum. Quod si nos donatores aut aliquis homo utriusque sexus contra hanc donationem uenerit ad inrupendum aut uenerimus non hoc ualeat aut ualeamus uendicare, sed iam dicta omnia in triplum componat ad prefixo loco sancto a quibus fecerit iniuriam. Et insuper hoc firmum permaneat.

Actum est hoc XIIIII kalendas madii, anno XXXIIII regni Roberti regis.

Sig+num Ermessindis, comitissa. Sig+num Vuissadi. Sig+num Seniofredi de Cardona. Sig+num Bonifilii de Falcons. Vuilielmus, sacer uel aba, nos qui hanc donationem fecimus et firmamus et testes firmare rogauimus.

Eriballus, archileuita uel uicecomite (*cruz*). Fulco (*cruz*).

Sig+num Adalberti, leuite et iudicis, qui hec scripsit *sss*.

## 115

1030, junio, 19

*Ermesèn y Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, donaron a Bonfill, sacristán de la seo de Vic, tres piezas de tierra situadas en “Carrera”, término de “Edras” (Heures), condado de Osona, y que eran propiedad de la casa condal de Barcelona.*

A. Vic. ACV, cajón 9, *Episcopologio* II, nº 31.

Cf. Bofarull, *Condes vindicados*, I, p.235.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 39 y 52

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 98.

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI*. Fascicle, I documento nº 883.

Sub omnipotentis Dei nomine, et unicum uerbum eius Domini nostri Ihesu Christi, una cum adiutorio Spiritus Sancti. Ego Ermessindis, diuine largiente [clementia] comitissa, simulque cum filio meo domno Berengario comité, donatores sumus tibi Bonefilio, sacristano Sede Sancti Petri Ausonensi. Notum sit omnibus ominibus Deum colentibus, [quia] constitutus est custos [sacrorum de omni]bus rebus prelibate Sedis, et uolumus aliquid de nostro donare tibi, simulque in unum, id sunt pecias .III. de terra nostra propria, que nobis ad[uenit] per prosapie reg[ni, atque per qualicumque] modo uel uoce. Et est in comitatu Ausona, in terminio de Edras, ad ipsa Carrera. Et affrontat de oriente in terra in terra de Bonefilio[, sacer, atque V]idal,[ atque eredes suos, ]et de me[ridie in strada] que uudit ad Edras uel in ipsa Carrera, de occiduo in terra de Tedger atque eredes suos et de circii in terra de Guitardo atque eredi[u]m quorum. Quantum ista circu]meunt uel ambi[unt affronta]tiones, sic donamus tibi predicta omnia in seruicio Sancti Petri. [In tale conuentu], ut dum in presenti seculo uixeris, per omne tempus ex [liberum seruicium teneas] missas canere super altare Sancti Petri, tempore quadragesimali, pro anima uiro meo domno [Remundo, comite cui sit requies,] necne pro mea, atque prefato domno Berengario [comite. Et] similiter post tuum discessum confirmamus in potestate filio tuo Gerberto, sub tali de[liberatione, sicut et tibi quia san]ccitum est in lege, quia donaciones regie potestatis [que] in quibus cumque per[sonis] conlate sunt in eorum potestate consistant in quorum nomine eas potestas contulerit regia. Et ita nos sub tali largitione de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate [ad] proprium. At uero si quis ex nobis uel aliquis ex nostris qui ad[fu]turi sunt, hoc uobis infringere, aut in aliquo molestare temptauerit, undecies prefata terra uobis componat, et haec largitio Sancti Petri et uestre inantea firma persistat omni t[empore].

Actum est hoc in prefata Se[de] .XIII. kalendas iulii, anno .III. post .XXX. regnante Rotberto, rege. Et hoc quod sup[erius] dictum est, uel ego Ermessindis tibi Bone[filio], una cum filio tuo con[firmebo], propterea fatio ut semper in [meo ser]uitio abeas, et teneas cum filio tuo prelibato Gerberto, et ut post discessu uestro remaneat proprialiter ad Sancti Petri uel ad ipsa channonica, [in ea uide]licet ratione [ut post obitum uestrum] cui ego relinquere uoluero ad ipsum permaneat, et obtineat.

(Cruz) Ermessindis, gratia Dei [comitissa]. Berengarius, comes, qui ista donatione fecimus, et menus nostre corroborauimus, et testes ad firmandum accedere rogauimus. Oliba, episcopus. (Cruz) Adalbertus, leuita qui et prepositus *sss*. Raimundus, archileuita, (cruz). Wilielmus, leuita, *sss*. Guifredus, leuita qui et iudex sub *sss*. Wilielmus, leuita,(cruz). Suniarius, archileuita, *sss*. Richulfus, archileuita, *sss*.

Ermemirus, diaconus, qui ista lar[gitione] seu confirmatione rogatus a prefatis auctoribus scripsit, et sub *sss* in prefato die uel anno.

## 116

1030, septiembre, 24

*Ermesèn, condesa de Barcelona, participó junto a su hijo Berenguer [Ramon I], Pere, obispo de Girona, Arnustus y Ugo, conde de Empúries, en la donación que venía a complementar la realizada el 20 de noviembre de 1018 a favor de la Seo de Girona.*

B. Girona. ADG, Cartulari de Carlemany, ffº 29b-32b.

Ed. Villanueva. *Viage Literario*, 12 ap. 31, pp. 317-321.

Ed. Marquès, Josep Mª. *Cartoral dit de Carlemany*, Vol. I, documento nº 85.

Cum in nomine Domini in Gerundensi ecclesia Sancte Marie matris Domini in unum residerent episcopi Petrus, huius ecclesie presidens, Ermengaudus Urgellitanus, Deusdedit Barchinonensis, Berengarius Helenensis, Adalbertus Carcasonensis, Ato Cosoranensis, abbates etiam Bernardus Sancte Marie Crasse, Petrus Rodensis, Landricus Gisalensis, Guifredus de Gallicantu, Amblardus de Sancto Quirico Petralatensis, Viuanus de Sancto Paulo Maritimo, Poncius Sancti Saturnini Urgellitani necnon etiam alii sacerdotes multi Domini, astante quoque caterua archidiaconorum tam ex Barchinonensi sede quam ex Gerundensi, anno incarnationis Domini XVIII. post millesimum, XII. die kalendas decembrium, diuinitus est illis inspiratum ut in seruicio Dei Sancteque Marie iam dicte canonica domus construeretur quatinus offitium Dei melius et perfectius ibi completeretur et si qua Christi sunt ordine iusto perficeretur. Tunc Petrus, suprafatus episcopus, annuente Hermesende, comitissa, una cum filio suo domino Berengario, comite et marchione, annuentibus atque hoc collaudantibus cunctis canonicis ceterisque clericis iam dicte sedis Sancte Marie, donauit ad construendum et ditandum iam dictam canonicam domum hec que infra sunt scripta dicens: <<Ego in Christi nomine Petrus, episcopus Gerundensis, permittente Hermesende, comitissa, una cum filio suo Berengario, comite [et] marchione, donator sum ad hedificandum et munerandum atque ditandum canonicam domum in seruitio Dei et Sancte Marie matris eius ecclesiam Sancte Marie de Castellone cum decimis et primitiis atque oblationibus eius et suis omnibus alodibus, et ecclesiam Sancte Eulalie de Villa Noua, cum decimis et primitiis et alodibus suis, et ecclesiam Sancte Marie de Agullana cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, et ecclesiam Sancti Saturnini de Arengis cum omnibus rebus que ad eam pertinent. Et in comitatu Bisuldunensi, ecclesiam Sancti Petri de Monteacuto, cum omnibus suis pertinentiis et ecclesiam de Curchauello, cum omnibus suis pertinentiis et ecclesiam de Lorona et alias parrochias et alaudes que Miro, uicecomes Bisuldunensis, tenebat quando obiit ab hoc seculo et iuris Sancte Marie esse dignoscebantur, cum omnibus suis pertinentiis, et ecclesiam de Ordeis et ipsum fiscum de Lebres, cum decimis et pertinentiis, et omnibus illorum pertinentiis. Supradicta autem omnia que in alienis comitatibus sunt, ego suppranominatus Gerundensis episcopus Petrus, taliter dono et trado prefate canonice domui qualiter iam dicta sedis Sancte Marie eas in prefatis alienis comitatibus iuste habere debet uel habet. Insuper, ego Ermesendis et Berengarius, comes et Petrus, episcopus, damus, prefate canonice, ecclesiam Sancti Martini de Catiano cum decimis et primitiis atque omnibus pertinentiis eius. Necnon et ecclesiam Sancti Martini de Colonico cum decimis et primitiis eius et oblationibus et ipso alodo quod Bermundus, uicecomes, debitauit a predicta canonica, et est

ipso alodo in comitatu Gerunde in uilla Pera, et ecclesiam Sancti Iuliani de Curtibus cum omnibus suis pertinentiis, et ipsum mansum de Fontadeta cum omnibus suis pertinentiis, et medietatem ecclesie Sancte Leocadie de Parietibus, quantum scilicet ad hanc ecclesiam pertinet ipsum alode de Ferreronibus et Rouiraniis cum omnibus suis pertinentiis, et medietatem parrochie Sancti Felicis de Palatio Rafano, cum omnibus eius pertinentiis, et molina quatuor que Gitardus archipresbiter tenebat. Et ego Arnustus uel dono atque concedo, ad prefata canonica, ipsa medietate de ipsas domos de uilla Sancti Stephani, que est appendicium per Sancti Martinum de Romanian, quod quondam Soniofredus Guitardus tenebat per manum dicti Arnusti, et parrochiam Sancti Amantii, cum omnibus suis pertinentiis, et ecclesiam Sancti Martini de Campo Maiore, cum omnibus suis pertinentiis, et parrochiam Sancti Mameti de Rodemortuos, cum omnibus suis pertinentiis, et medietatem ecclesie Sancti Martini de Lemena, et parrochiam Sancti Andree de Mata. Hec autem omnia supradicta que huic domui damus perhenniter illic et integrer confirmamus, ob abluenda nostra facinora et remedium anime domini Raimundi, comitis, ut semper munimine supradictorum episcoporum stabilita et inconulsa permaneant. Et quecumque alia Gerundensis ibi episcopus aut ex suo proprio aut ex propietate Sancte Marie prefate sedis per consensum meum aut filii mei Berengarii aut alicuius comitis Gerundensis dederit iam dicte canonice donitiis semper illic maneant intemerata et uigore omnium legum munita. Similiter iubemus de omnibus rebus quas prefate canonice aliquis homo utriusque sexus aut alicuius ordinis iuste dederit abinceps. Et si, quod esse minime credimus, aliquis homo utriusque sexus alicuius ordinis aliquid aut totum quod supradictum est demere aut auferre uoluerit de prefata canonica aud si de omnibus rebus que abinceps hec domus iuste acquirere poterit ullo modo aliquid aut totas ipsas res presumpserit aliquid demere, aut auferre. Nos, episcopi supradicti Petrus, Ermengaudus, Deusdedit, Berengarius, Adalbertus, Ato et abbates supradicti excommunicamus eum et sub anathematis uinculo demergimus et a liminibus sancte Dei Ecclesie sequestramus quoisque ad dignam satisfactionem ad canonicos prefate domus ueniat deplorare et emendet que infideliter gessit. Et si ad dignam satisfactionem uenire contepserit, participationem cum Iuda Scariothe in inferno habeat. Numquam dum uiuit ad communionem recipiendus, et post mortem flammis ultricibus exurendus. Et ut hec omnia bene munita permaneant nominibus nostris et subscriptionibus corroborauimus et corroborare rogauiimus. Similiter ego prefatus Petrus episcopus dono tibi Raimundo preposito per obedientiam de ipsa canonica de omnibus que Dominus mihi daturus est per operatura de ipso auere de Sancta Maria pro eius amore, de .M. solidos, .C., et de .D., L., et de .CCCC. inantea decimam partem tibi concedo pro seruitium Domini et Sancta Maria sicut hic est roboratum, ita tibi concedo in tua uita et in mea. Ego que supradictus Petrus, postquam series huius ordinationis corroborata sunt sicut subterius inspici potest, eligens aliquid prefate canonice dare dono ecclesiam Sancti Genesii de Monels, cum decimis et primitiis et omnibus suis pertinentiis, et omne alode quod fuit condam Adaltrudis femine et est in Monell, et illa concessit domui Sancte Marie cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis et placuit mihi denuo mei corroboratione nominis illuc illic firmare.>>

Ego, Ugo, gratia Dei comes Impuritanus, dono atque concedo censem de duobus carabis in Impuriis ciuitate, quod ad me pertinet et pertinere debet, et ad uicem comitem eiusdem terre. Dono uidelicet Deo et canonice sedis Sancte Marie Gerundensis supradictum censem et quicquid homines ipsi predicte terre canonice concesserunt simul; dono uel habere consencio propter

salutem anime mee et filiorum meorum ac coniugis. Ugo, comes, qui hunc censum donans et consentiens firmaui.

(Cruz) Petrus, leuita, testis. Adebrandus, presbiter, testis. Adalbertus, presbiter, testis.

Actum est hoc anno .XXVº. regni Roberti regis.

(Cruz) Petrus, episcopus (cruz). (Cruz) Ego Benedictus, Sancte Catholice et apostolice Romane ecclesie, confirmo hoc scriptum et precipio in Dei nomine in eternum ualere cum apostolica auctoritate. Berengarius, comes. (Cruz). Reibaldus, archiepiscopus Arelatensis. (Cruz) Ermesendis, gratia Dei comitissa, nos qui hanc donationem libenti animo fecimus et firmare eam rogauiimus. Sss. Toepzi . (Cruz) Petrus, episcopus. (Cruz) Villemus, episcopus. Ermengaudus acsi indignus episcopus. Sss. Berengarius, Sancte Sedis Helenensis episcopus hec suprascripta libenter, confirmo. Adalbertus, episcopus Carcasone sss.. Deusdedit, gratia Dei Ausonensis episcopus, omnia supradicta confirmo sss. Raimundus, archileuita Barchinonensis (Cruz). Sss. Viuas acsi indignus abbas Sancti Pauli Maritima. Sss. Gaufredus, gratia Dei abba. Poncius acsi indignus abbas Sancti Saturnini cenobio Urgellensi. Sss. In Dei nomine Landricus, abba. Sss. Guifredus, Sancte prime Narbonensis ecclesie episcopus, hoc confirmo.

Dono quoque ego Petrus, episcopus, ipsam parrochiam de Nauata, cum omnibus suis pertinentiis et ipsum feuum siue fiscum Crispiani et quartos Sancti Stephani de Basso et ipsas medietates de basas de Bascara et ecclesiam de Fonticulis que ad eam pertinent. Sss. Poncius, leuita et caput scole, dono atque concedo ipsum alaudium de Puio Alto, cum fines et termines et cum illorum affrontationes ad canonicam Sancte Marie sedis. OLIBA, Sancte Ausonensis ecclesie episcopus licet indignus, quod dictum est confirmo sss.

Post hec omnia suprascripta ego, predictus donator Petrus, uidelicet episcopus, statui et confirmaui una cum clericis prefate sedis ut de omnibus rebus mobilibus que ego Petrus, episcopus, acquisitus sum uel accepturus de ipso episcopatu Sancte Marie, dono atque concedo ipsam terciam partem ad predictam almam Mariam, in tali uidelicet ratione ut de predicta tercia parte fiant; ipse due partes fient ad restaurationem predicte ecclesie et alia tercia pars fiat de ipsa canonica.

Facta est autem ista additio .VIII. kalendas octobris anno ab Incarnatione Domini .MXXXI., anno .XXXVI. regnante Roberto rege.

Emilius, episcopus, hoc confirmo. Ugo, episcopus ecclesie Uzetensis. Froterius, episcopus Nemausensis (cruz). Petrus, episcopus. (Cruz) Stephanus, episcopus Attensis. Guilielmus, gratia Dei Urgellensis episcopus. (Cruz) Bernardus, gratia Dei episcopus sss. (Cruz) Berengarius, gratia Dei Gerundensis episcopus, corroborauit quod iurauit.

Sig+num Poncius, cognomento Bonus Filius, clericus et iudex, scriptor et sss. huius donationis.

1032, enero, 15

*Ermesèn, Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, Guifred, conde de Cerdanya, Guillem, conde de Besalú, y Ermengol II, conde de Urgell junto a obispos, magnates y otros nobles, asistieron a la solemne consagración de la iglesia de Santa María de Ripoll, renovada por el abad Oliba.*

- [A] Original perdido, AASMR.
- B. Ripoll. AR. *Cartulari Verd*, fº 17v. Copia.
- C. Ripoll. AR. *Cartulario pequeño*. Copia.
- D. Montserrat. AM. Copia, cajón 4, legajo 2, fº 10.
- E. París. BN. Baluze, 107, fº 187v.
- F. París. BN. Baluze, 107, fº 295v.
- G. Barcelona. BC. Ms. 729, Vol. 3, p.19. Copia obtenida de C.
- Ed. Marca. *Marca Hispanica*, CCVIII, col. 1050-1052.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 52.
- Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 104.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi .MXXXII. aera millesima .LXX. indictione .XV., .XVIII. kalendarum febroariarum, anno primo quo post decepsum uenerabilis memoriae Roddeberti regis francorum suscepit regni gubernacula filius eius Henricus, factus est conuentus episcoporum in coenobio Sanctae Mariae perpetuae uirginis territorii Riupollentis ad dedicationem basilicae ipsius Dei genitricis simulque principum patriae ac reliquorum fidelium utriusque sexus, aetatis, ordinis. Actum est autem hoc instinctu et ordinatione domini Olibani, pontificis Ausonensis, ad cuius diocesim praedictus pertinet locus: qui progenitorum uenerandis assensum praebere cupiens documentis, atua scilicet sui beatae memoriae comitis et marchionis Wifredi, qui praedictum coenobium a fundamentis extruxit, exemplo quoque aui sui reuerendae memoriae comitis Mironis, qui eandem ecclesiam admodum paruulam destruens, maiori sumptu et opere aedificauit, seruans etiam instituta patris sui domni Olibani, comitis fratrumpque illius, qui hanc secundo maioris operis culmine sustulerunt, ut omnes pietate, sic uniuersos etiam aedificii transgressus est magnitudine. Omne enim superpositum eiusdem ecclesiae solo tenus coaequauit, et a fundamentis extruens, multo labore et miro opere diuina se iuuante gratia ipse compleuit. Ut autem sui desiderii satisfaceret uotis, uicinarum regionum episcopos congregauit, et eandem quam construxit ecclesiam in nomine Domini cum suis coepiscopis uenerabiliter dedicauit, atque in die eodem cum omnibus qui aderant episcopis necne clarissimis et uenerandis comitibus, domno uidelicet Wifredo, fratre, domnoque Willermo, nepote, ad stabilimentum praefati coenobii hanc ordinationem dotis fecit, constituit, atque firmauit. Oliba, sanctae Ausonensis ecclesiae praesul, et Berengarius, episcopus Elenensis et Guadaldus, episcopus Barchinonensis et Wifredus, episcopus Carcassonensis et Amelius, episcopus Albiensis, omnibus sanctae matris Ecclesiae filiis cuiuscunque ordinis et aetatis, hereditatem et gaudium regni caelestis. Notum esse uolumus uestrae fraternitati, dilectissimi fratres et filii, quoniam conuenientes ad dedicationem ecclesiae Dei genitricis coenobii Riupollentis, ipsius domus decorem et statum, ut in melius proficeret, qua ualuum perficere instantia peregrimus. Nam et sacris reliquiis uenerabilium sanctorum illam cum diuina gratia sanctificauiimus, et per

inuocationem nominis Iesu Christi, quatinus potuimus, benedictionibus eam ad alta sustulimus, quatinus diligentibus amor et Dei auxilium, et odientibus maneat timor atque iudicium. Hanc quoque constitutionis nostrae dotem praedictae ecclesiae fecimus, manibusque nostris, ut infracta permaneat, insignire curauimus, statuentes sub diuini iudicii obtestatione et anathematis interdictione ut nullus audeat hoc uiolare quod nostra auctoritas ad stabilimentum domus Dei uoluit confirmare. Igitur sicut uenerabilium Apostolicorum quae praedicto facta sunt coenobio continent priuilegia, et sicut Regum Francorum demostrant regia praecepta, et quemadmodum ostendunt dotes quae a nostris antecessoribus ei firmata sunt per retroacta tempora, sic illi confirmamus et stabilimus omnia sua uidelicet cuncta quae quorumlibet dono fidelium usque hodie iuste adquisiuit uel quolibet modo usque in finem seculi iuste adquisierit. Concedimus etiam et confirmamus abbatibus et monachis ipsius loci omnem libertatem sua placita distringendi uel iudicandi in omnibus excessibus uel malefactionibus quae facta fuerint infra terminos omnium praediorum praescripti coenobii, et ut nullus iudex uel uicarius uel cuiuslibet potestatis homo habeat licentiam causas eorum distringendi uel quolibet modo sine illorum iussione dijudicandi, neque in telonio ipsius mercati, neque in omnibus omnino locis quae praefato coenobio pertinent aliquam uiolentiam inferendi. Inter haec interdicimus omnibus uniuersis ordinis hominibus uel ipsius loci uel extraneis, ut de ornamenti ipsius loci nullus praesumat aliquid auferre, commutare, uel donare ad damnum uel dehonestamentum praedictae ecclesiae. Concedimus quoque et firmamus praedicto monasterio iuxta constitutionem domni papae Benedicti sicut ipse eidem coenobio per auctoritatem beati Petri apostoli et suam firmauit, ut si festiuitas Ypapanti Domini, quam Purificationem Sanctae Mariae dicimus, post septuagesimam euenerit, habeant in perpetuum licentiam habitatores ipsius coenobii "Alleluya" et "Gloria in excelsis Deo" solemniter decantare. Si quis ergo huius nostrae constitutionis adiutor extiterit, hunc de parte Dei omnipotentis et beatae Mariae uirginis et nostra benedicimus, et ut in perpetuum saluus permaneat peroptamus. Si quis autem, quod adsit, ausu temerario effrangere uel uiolare quolibet modo hoc quod constituimus uoluerit, hunc a liminibus sanctae Dei ecclesiae extraneum iudicamus, et ab omni consortio christianorum illum segregamus, atque de parte Dei omnipotentis et sanctae uirginis Mariae illum excommunicamus, donec digna poenitudine Deo et beatae Mariae uirgini satisfaciat, insuper et districione uenerandorum principum legalis illum poena coerceat, et sacrilegii censura constringat et inantea haec dos nostrae constitutionis stabilis et inconuulsa permaneat.

Oliba, episcopus. Berengarius, nutu Dei sanctae Elenensis ecclesiae praesul. Wuadaldus acsi indignus episcopus Barchinonensis. Wifredus, nutu Dei Carcassonensis episcopus. Amelius, episcopus Albiensis. Arnallus, episcopus Magalonensis. Eriballus, episcopus Urgellensis. Bernardus, gratia Dei episcopus Coseranensis. Guilbertus, gratia Dei episcopus Barchinonensis. Petrus, episcopus Gerundensis. Arnallus, episcopus Tolosensis. Guifredus, sanctae primae sedis Narbonensis. Willelmus, gratia Dei episcopus Ausonensis. Rambaldus, gratia Dei episcopus. Berengarius, gratia Dei Gerundensis episcopus. Willelmus, gratia Dei Urgellensis episcopus. Arnulfus, episcopus Rotensis. Berengarius, gratia Dei Tarragonensis archiepiscopus. Arnallus, gratia Dei Ausonensis episcopus. Raymundus, gratia Dei Ausonensis episcopus. Ego Gualterius, indignus Albanensis ecclesiae episcopus atque Romanae Ecclesiae cardinalis ac legatus, quiuid continetur in priuilegiis et in dotis huius ecclesiae laudo et confirmo atque corroboro.

Guifredus, gratia Dei comes. Willelmus, gratia Dei comes. Ermengaudus, gratia Dei comes. Ermessendis, gratia Dei comitissa. Raimundus, comes. Berengarius Raimundi, [comes].

Fulconis, uicecomitis. Wifredi, uicecomitis. Seniofredi, uicecomitis. Petrus, uicecomes. Dalmacii, uicescomiti.

Scriptum per manum Isarni ad uicem Arnalli Oliuae, pontificis notarii.

Willelmus, archidiaconus. Raimundus, abbas. Wifredus, leuita qui et iudex, *ss.* Raymundus, presbiter. Viuas, leuita sacer et iudex. Senderus, sacer Olostensis. Ermemirus, leuita et sacriscrinii. Dalmacius, leuita. Arnallus, archileuita. S. Poncii Bonifilii Marci, praepositi et judicis Barchinonensis, qui haec quae suprascripta sunt iusta sciens suscripsit. Arnallus, iudex. Bonifilius, sacer. Ricardus, sacrista. Berengarius, sacrista. Guilielmus, praepositus. Salomon, iudex. Hoc primicherius confirmat nomine Petrus. Raimundus, archileuita.

Gondebaldo de Bisaura. Alamannus. Raimundus Ottonis. Sesmundus. Gaulibertus Coripania. Bernardus de Gurb. Raimundus Raimundi. Guitardi Mironis. Seniofredus Lucanensis. Riculfi Bardina. Witardi de Vened. Miro Ostolensis. Eribaldus. Iohannis Oriol. Bernardus Isarni. Renarde Bonifilii. Wifredus de Portella. Seniofredi Leopardi. Bernardi. Berengarius. Ademar. Raimundus. Witardus de Pinel. Raimundus Wilhelmi. Arnallus Mironis de Tost. Willelmus de Lauancia. Raimundus subdiaconus.

## 118

1032, marzo, 1

*La condesa Ermesèn donó a Sant Cugat del Vallès el alodio de “Monte Scatano”(Montcada), condado de Barcelona.*

B. Barcelona. ACA. Cart., fº 76, nº 302.

Cf. Mas, *Taula*, 486-Notes, IV, 273-274(nº CDXXXVIII).

Ed. Riu, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallés*. Vol. II, documento nº 521.

Gratum namque et acceptum esse uidetur domum Domini diligere et honorare et de rebus suis quisquis, prout potuerit, offerri uel dotari, qui ad graciam Domini sui ambit attingere et eius misericordiam sua honera deponere. Quod nempe ego, in Dei nomine, Ermessendis, comitissa, totis nisibus hoc corde pertractans procurauit ut ob Dei amore et ueneracione seu et pro abolendis piaculis ex rebus meis munusculum offere sancte, tibi, martir Cucuphas, cuius tuus uidelicet domus uel cenobium constat esse fundatum in comitatu Barchinona, in Vallense, in loco quod ab antiquitus uocatum est Octauiano. Dono namque alaudem meum, id est, terras et uineas, kasas cum solis et superpositis, cultum uel erenum, arbores uariisque generis, molinis, molinares cum caput aquis, et regos et subtus regos et cum omnia usibilia que ad molinos pertinet ad molendum garricas, prata et pascua. Qui mihi aduenit per mea comparacione siue per alias quascumque uoces. Et sunt hec omnia in comitatu Barchinona ad radicem Montis Scatani siue in prefato Monte Scatano habentque terminum de parte orientis in molinis qui fuerunt quod Traosario siue in ipsa rocha de ipso Bufo, de meridie in flumine Bisauci siue in alaude de Ermemiro, sacrista, et inde erigitur usque ad petram Cophanatam et uadit usque ad ipsum auencum, de occiduo in prefato auenco siue in alaude de Guilelmo Palariensis et descendit inde per ipsam serram diuidendo prefatum alaudem Guillelmi et tenet usque in ipso Portel siue in rio Maiore, de circi in Riopullo siue in alaude prefati martiris Cucuphati siue in molino de ipsa Torrezela. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono tibi ipsa omnia, ab integre, simul cum exiis uel regressiis earum a proprio, ut quicquid [ex]inde facere uel iudicare uoluerint tui seruientes licenciam in omnibus habeant, sicut et de aliis alaudibus uel munificenciis domus pertinentibus. Et qui ista donacione uenerit pro irrumpendum, ad nichil remaneat eius presumpcio et insuper hec componat omnia predicta, prout sancti Patres sancxerunt, in quadruplum ad suprataxatum tuum domum uel cenobium. Et inantea ista donacio firma permaneat modo uel omnique tempore.

Facta ista donacione kalendas martii, anno I. regnante Enrico, filium quod Roberti regis.

(Cruz) Ermessindis, comitissa, qui ista donacione feci, firmaui et firmare rogaui. (Cruz) Bernardi Ruiir (Cruz). Ermengaudus Blancuza (cruz). S+m Raimundus de Matrona. S+m Onofredi Riculfi. S+m Viuane Pontii.

(Crismón) Senderedus, leuita, qui ista karta donacione scripsi die et anno quo supra.

## 119

1032, marzo, 9

*Ermesèn, << [...] per uiro meo condam Raimundo comite et per ullasque uoces [...] >>, y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, hicieron donación al monasterio Sant Llorenç del Munt, Terrassa, de una tierra localizada en Pineda, condado de Girona.*

A. Barcelona. ACA, Monacales, carp. 2, perg. nº 105.

Montserrat. AM, *Speculo* 22 (Pineda) nº 3.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. II, documento nº 235.

In nomine Domini. Ego Berengarius, gratia Dei chomes, simul cum matre mea nomine Ermessindis, chomitissa, donatores sumus Deo et Sancti Laurentii martir Christi cenobii qui est situs in comitatu Barchinona, in cacumine monti altiori supra Terracia. Sic donamus terra rostra, quod habemus in comitatu Ierundense, in loco uocitato Pineda. Et aduenit ad me Berengarius per uocem genitori meo et ad me Ermessindis per uiro meo condam Raimundo comite et per ullasque uoces. Que afrontat ipsa terra de parte orientis in terra de Sancta Maria, de meridie in strada publica, de occiduo in uia, de circi in terra de Godmar, presbiter, siue de Arnost et ad ipsa Torrezella. Quantum istas affrontaciones includunt, sic tradimus et donamus ipsa terra ad domum Sancti Laurentii et iure ipsos seruientes Deo sine blandimentum de ullusque homo, in Dei seruitio usandi exfructuandi channoniter plenam habeant potestatem, sicut in sanctum channonum resonat, cum exio et regressio suo a proprio propter Deum, ut ueniam ad remedium anime nostre a Domino nostro Iesu Christo peter de celis. Et qui ista donatione uenerit pro inrumpendum peccatis nostris anime ipsius sit obligatum et cum Iudas Scariotz participationem habeat et de liminibus sancta Dei Ecclesia extraneus fiat, e[t] ista donatione inrumpere non permittatur, set pro temporali iuditio componat quantum hec resonat i[n duplo c]um omnem suam inmelioratione. Et ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donatio[ne]. VII. idus marci, anno I. regnante Enrico filium condam Roberto rege.

Berengarius, comes (*cruz*). (*Cruz*) Ermessindis, comitissa, nos, qui ista donatione fecimus et firmare rogauimus. S+ Fulcus, leuita.

Sig+num Suniofredus Lucano. Raimundus, archileuita (*cruz*). Sig+num Guilelmus Monte Catano. S. Vieran. Sss. Vuitardus, gratia Dei abba sss. Berengarius, leuita. S+ Cixilane, presbiter sss. Gocefredus, presbiter. S+ Mirone, iudice sss.

(*Crismón*) SENDEREDUS, leuita et monachus, qui ista donatione scripsi die et anno quo supra.

1032, julio, 30

*Ermesèn y su hijo el conde Berenguer [RamonI] ratificaron con su firma la sentencia judicial dictada a favor del monasterio de Sant Cugat del Vallès, y que hacia referencia a la cuestión que enfrentó a este cenobio con Mir Geribert.*

B. Barcelona.ACA, Cart., fº 89v, nº 323.

Cf. Balari, *Orígenes*, 26, pp. 334, 363, 378-379, 422, 424, 439, 443-444, 510, 542, 543, 546, 559.

Ed. Carreras, *Lo Montjuich*, ap. X.

Ed.Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallés*. Vol. II, documento nº 529.

Cum iudices causa remediorum constet esse creatos, iustum esse perpenditur, ne ad futurum qualibet mota intencione uertatur in dubium qualiter cause negocium ad fines usque legitimos sit deductum, ut iudicij serie specialiter sit anotatum. Igitur in Dei nomine. Nos iudices, quos haec specialis formula continet donatos et causa subterius conscripti negocii fecit esse presentes, tam ad presentium quam ad futurorum noticiam deducimus quod anno dominice Trabeacionis .XXXII. post millesimum et regni siquidem Henrici regnatis in Francia secundo, acta est altercacio inter Guitardum, abbatem monasterii Sancti Cucufatis Octauianensis, et inter Mironem Geriberti, agatem tutelam filiorum suorum pupillorum, quis genuit ex uxore sua cui nomine fuit Disposia, ex quandam munitione quae sita est in comitatu Barchinonensi, in extremis finibus abitate Marchiae, ad ipsum Caldarium, nec non et pro ipsa possessione terrarum, partim ad culturam [ductarum] ac per maxime ducendarum que modo ad iacet prefate municioni, et pro ipsis stagnis. Aiebat enim iste Miro supranotatus in suis peticionibus quod suprascripte res ad hanc peticionem pertinentes iuris filiorum suorum predictorum debebant esse, eo quod, ut ipse asserebat, Galindo, auus eorum, per suam propriam apprisiōnem eas capuerat, et notas atque signa ad terminos earum faciendo, terminosque figendo ad possessionem suam deduxerat, et ipsa stagna quandiu postmodum uixerat ad opus suum pisces ex ipsis capiendo deceteris hominibus defensauerat. Post obitum quoque eius, Guilelmus, filius eius, hanc possessionem heremi et stagna similiter ad opus suum retinnerant. Adiecit antem quod, eo ab hac uita discedente et infestacione pagnorum a supradicta Marchia cessante, Adalaizis, uxor predicti Guilelmi, aiens tutelam filiorum suorum quos ille ex ea genuerat, uoluit municionem ibi construere et ad culturam eandem possessionem perducere, sed obiectionibus iam dicti Guitardi, abbatis, permotus, comes Remundus, Borrelli filius, repulit eam ab eadem apprisione et possessione, et iniusto ordine, sicut predicti petitor adfirmabat, in iure Sancti Cucufatis aecclesie confirmauerat. Allatis quippe testibus uoluit hoc comprobare. Idem uero Guitardis in suis responsis ita affatus est: “ Possessio quidem haec quam ad opus mee aecclesie retineo et a me requiritur per preceptum regale, et per iusta priuilegia presulum Romanorum quibus status sancti aecclesie confirmatur multum iam temporis est, ex quo in iure meae aecclesie confirmata est.” Ob quam causam cum Leutarii, principis, preceptum perlectum fuisset, uentum est ad locum ubi inter alia resonabat, quod omnes res huic aecclesie collatas et adhuc concendendas, idem Leutarius, rex Francorum, ita illi concedebat atque confirmabat, sicut iam illi confirmauerat atque concesserat pius genitor eius Hludoicus per renouabile preceptum, quod postmodum infestacione paganorum delectum fuit in captione Barchinone ciuitatis, atque in postmodum per supranotatum preceptum

Leutarii renouatum atque reparatum. Iudices autem haec audientes, quia non valuerunt eundem preceptum ex toto deletum uidere, in dubium uerterunt utrum supradicte res quas Miro requirebat in iure predictae aecclesie Sancti Cucufatis per illum preceptum Hludoici, regis, quod postmodum, sicut superius scriptum est, deletum fuit conligate atque confirmate ab eodem principe fuissent, an non. Ic circcho, a parte predicti abbatis requisierunt si habebat testes qui eundem preceptum Hludoici regis uidissent et legi audissent, et pleniter cognouissent quod ipse res unde intencio uertebatur in hoc eodem precepto resonassent. Ille uero postulatis sibi legalibus octo dierum induciis attulit idoneos testes Bonofilio Marci, iudici, qui iussus atque informatus a principe et a primatibus patrie est dirimere causas, Godmarum scilicet, atque Guillaranum, qui se dixerunt hoc plenissime nosse. Et quia grauati senectute uel infirmitate erant, congregatis in Octauianensi territorio idoneis uiris Guisliberto, leuita et Barchinonensi uicecomite, et Remundo Sancte Sedis Barchinonensis archileuita, et Compagno, leuita, et Mirone, leuita, et Isarno Guilelmi, et Remundo Seniofredi, coram supradicto iudice mandatum facientes idoneis uiris testimonium suum illis iniunxerunt, talier dicentes: <<In Christi nomine. Ego Godmarus et Guillara, uobis, Guitario et Viuano Poncii et Attoni, fratri tuo et Ricalfo Ballomari et Sesguto et Remundo et Aitio et Bardine et Isarno Ermemiri et Guilelmo, fratri tuo et Suniario Guifredi et Sperandeo et Iohanni, clero et Guadallo et Adalberto, presbitero et Agilani. Rogantes uos atque obsecrantes eo quod grauati infirmitate sumus, siue senectute depresso, hoc mandatum fecimus uobis, ut uice nostra in quacumque audiencia necesse fuerit pro nobis testimonium detis ex hoc quod per subter anotatas condicionis iurare nos audituri estis, scilicet ob confirmandam ueritatem precepti quod dominus Hludoicus rex fecit ex rebus subter adscriptis in iure dominacionis aecclesie Sancti Cucufatis, cenobii Octauianensis, quod per infestacionem paganorum combustum aut deletum esse nouimus atque postmodum renouatum a domno et gloriosissimo rege Francorum, Leutario, filio predicti Hludoici, pie memorie. Et ut hoc mandati nostri scriptum firmitatem in omnibus optineat testimonium nostrum per seriem harum conditionum iure iurando confirmauimus ita dicentes. Iuramus nos testes Godmarus et Guillara, unum dantes testimonium, primo per Deum Patrem omnipotentem, et per Iesum Christum, filium eius, atque per Spiritum Sanctum, confitentes hanc Trinitatem unum et uerum Deum esse, et per istud altare consecratum sancti Pauli apostoli, quod situm est in aecclesia beati Petri apostoli, que non longe constructa est ab ecclesia sanctissimi ac beatissimi Cucufatis martiris Octauianensis, quod nos uidumus atque legi audiuimus preceptum Sancti Cucufatis cenobii predicti quod dominus Hludoicus, rex Francorum, genitor Leutarii, regis similiter Francorum, fecit ad confirandas res aecclesiasticas huic cenobio collatas aut in postmodum concedendas. Et illic post multas alias res possessionum, que per eundem preceptum in iure praedictae eccliae confirmate erant, resonabat quod supradictus rex Hludoicus confirmabat atque concedebat aecclesiam Sancte Olie cum ipso alodio in latitudine de ipsa Guardia de Bagnariis usque in Villa Domabuis, et in longitudine de Villa Domenio usque ad ipsum mare, simul cum ipsis stagnis, cum decimis et primiciis, decimas quoque et primicias uti consuetum est [ ipsi loco] ab antiquis temporibus accipere. Et nos haec que dicimus uera esse scimus, et supradictam aecclesiam Sancte Olie cum ipso alodio, sicuti supra determinatum est, simul cum ipsis stagnis in iure aecclesie Sancti Cucufatis predicti per hos annos .LX. uidendo et cognoscendo retentam esse scimus sine ulla legali interrupcione. Et ullam fraudem aut ullum malum ingenium hic in isto nostro testimonio impressum non est, sed secundum quod supra intextum est ueraciter a nobis datum est per super adnexum iuramentum in Domino.>> Potsquam autem hoc testimonium a testibus secundum leges iure iurando datum est,

et supradictum mandatum factum est atque utrumque legaliter confirmatum, sicut inspici potest in conscriptis pro hac causa condicionibus, utreque partes conuenerunt ad constitutum termini diem in aecclisia sancte beate iusta forum Martorelium sita. Et cum diu litigassent, uidentes iudices tantam rei ueritatem a parte aeccliae Sancti Cucufatis, requisierunt testium supramenitas condiciones ad quas iurauerant in territorio predicto Octauianensi. Et facto in audientia silencio, eas legi fecerunt. Tunc per rectum iuditium secundum eorum conscientiam iudicauerunt, ut supradictus Miro receperisset suffitientes et idoneos testes ad testificandum quibus aliorum testimonium iniunctum fuerat, ut haec res finem accipere quoniam omnibus modis iusta et uerior atque anterior uoce filiorum Mironis patebat esse uox aeccliae predicte, nec non et annosa siue possessionis plena, unde in postmodum a principe Remundo, diue memorie, et a coniuge sua Hermessinde, qui domini Marchiarum et ipsius possessionis esse noscebantur, per largitionis seriem in iure eiusdem aeccliae iustissime confirmacio est facta. Et ic circo non fuit iustum a parte Mironis testes recipere, quoniam si ita fuit ipsa apprisio Galindonis ex supradicta possessione unde intencio uertebatur quemadmodum Miro per allatos in audientia testes paratus erat comprobare, iniusta penitus et euellenda in postmodum fuit quia quacumque ibi Galindo capuit atque signauit uel apprisiauit in rebus et de rebus sancti Dei aeccliae haec fecit. Et si aliquid ibi ipse aut posterits eius retinuit, contra ordinem iusticie et legis siue per presumptivam nouitatem hoc retinuit, quoniam sicut iam diximus, anterior est uox aeccliae et largior uoce Galindonis et eius posteritatis, ut tempus diue memorie Hludoici qui eundem preceptu fecit approbat, nec non et ut scripturae eadite ex possessionibus que circa sunt que hanc possessionem Sancti Cucufatis esse testantur proclamat atque edocent. Miro namque iam dictus, uidens nil iusticie obtinere filiorum suorum uocem, sed hoc recognoscere contendens, noluit supradictos recipere testes, sed pertinaciter uociferabat iniustum esse uocem aeccliae Sancti Cucufatis et uocem filiorum suorum iustum. Unde quia lex iubet, iudices receperunt suprafatos testes, quibus testimonium iniunctum fuit, per condicionis seriem qui ita testimonium suum confirmauerunt dicentes: <<Iuramus nos testes, Guitarius et Atto, et Sesgutus, presbiter, et Bardina, et Isarnus Ermemiri, et Aguilanus, unum dantes testimonium primo per Deum Patrem Omnipotentem, et per Iesum Christum, filium eius, atque per Spiritum Sanctum, confitentes hanc Trinitatem unum et uerum Deum esse super altare consecratum sancte beateque Marie, matris Domini, quod situm est in aecclisia fundata subtus castrum Rodanas, prope forum Martorelium, quod quidam homines Godmarus et Guillara, aetate decrepiti atque infirmitate grauati, iniunxerunt nobis per illorum mandatum, suum testimonium, et nobis presentibus in presencia iudicis Bonifilii Marci et Guisliberti, uicecomitis, et Remundi, archileuite, et ceterorum, qui superius conscripti sunt, iureiurando per seriem conditionem testificati sunt super altare consecratum sancti Pauli quod situm est in aecclisia beati Petri apostoli, que non longe constructa est ab aecclisia sanctissimi aeccliae beatis Cucufatis martiris Octauianensis, quod ipsi uiderunt atque legi audierunt preceptum Sancti Cucufatis cenobii predicti, quod dominus Hludoicus, rex Francorum, genitor Leutarii, regis similiter Francorum, fecit ad confirmandas res aecclasticas huic cenobio collatas, atque in postmodum concedendas, et illie post multas alias res possessionum, que per eundem preceptum in iure predice ecclesie confirmate erant, resonabat quod supradictus rex Hludoicus confirmabat atque concedebat aeccliam Sancte Oliuae cum ipso aledio in latitudine de ipsa Guardia de Bagnariis ,usque in Villam Domobuis, et in longitudine de Villa Domenio, usque ad ipsum mare, simul cum ipsis stagnis, cum decimis et primiciis, decimasque et primicias uti consuetum est ipsi loco ab antiquis temporibus accipere.>>Et ipsi sciebant uidendo et

cognoscendo supradictam aeclesiam Sancte Oliuae cum ipso alodio, sicuti supra determinatum est, simul cum ipsis stagnis in iure aeclesiae Sancti Cucufatis per hos anno.LX. retentam esse sine ulla legali interruptione. Et nos haec, qui dicimus atque testificamur, sic iurare uidimus supradictos nostros mandatores Godmarum et Guillanum, sicut in ipsis condicionibus ad quas ipsi iurauerunt resonat, et sicut hic nos testificamur atque iuramus per super adnexum iuramentum in Domino. Postquam autem isti testes testimonium suum dederunt, Gelmirus, sacer, [qui supradictum preceptum Ludoyci uidit et legi audiuit propter hoc ita testificauit: <<Ego Gelmiros sacer,] iuro per metuendum atque tremendum nomen Domini, et per altare consecratum sancte beateque Marie, matris Domini, cuius aeclesia sita est in comitatu [Barchinonense], in foro Martorelio, quod ego uidi, et legi audiui, supradictum preceptum, unde supranotati testes Godmarus et Guillara testimonium suum dederunt, et audiui quod illie resonabat quod supradictus rex Hludoicus confirmabat atque concedebat in iure aeclesie Sancti Cucufatis, aeclesiam Sancta Olie cum ipso alodio in latitudine de ipsa Guardia de Bagnariis usque in Villam Domabuis, et in longitudine de Villa Domenio usque ad ipsum mare, simul cum ipsis stagnis cum decimis et primiciis decimas quoque et primicias uti consuetum est ipsi loco ab antiquis temporibus accipere. Et haec supradicta omnia nosco retenta fuisse sine legali interruptione in iure Sancti Cucufatis predicti, uidendo et cognoscendo per hos .LX. annos, nullamque fraudem nullumque malum ingenium in isto testimonio impressum scio, sed secundum quod supradicti testes et ego testificati sumus uerum est, atque a nobis fideliter confirmatum per adnexum iuramentum supra atque datum in Domino.>>His autem omnibus sacramentis a testibus datis per auctoritatem legis in qua resonat, si quis cause sue cupiens accelerare propositum testem in iudicio protulerit si ille contra quem causam habet presens adfuerit, et quid in reprobacione oblati testi opponat nescire se dixerit, res siquidem ipsa de qua agitur per oblatorum testimonium testium in iure illius ad cuius partem testificauerunt iudicis quistancia contradatur, et per auctoritatem legis inter alia dicit, qua propter quaecumque res sanctis Dei basilicis aut per principum aut per quorumlibet fidelium donaciones collate reperiuntur uotiu ac potencialiter, pro certo censetur ut in earum iure irreuocabili modo legum aeternitate firmetur, et per auctoritatem legis que inter alia insonat, nam quod .XXX. quisque annis completis absque irrupcione temporis possidet, nequaquam ulterius per repetentis calumpniam amitere potets, uerum et ubi unus possessor sine alterius domini mansoribus publice possidens per euidencia signa locum ex integro uendicare uidetur, nulla racio sinit ut eius possessionis integritas decerpatur, unde si alter illic se per presumptiuam introduxerit nouitatem, nihil nocere poterit possessori, iudices huius negotii hec omnia suprascripta perpetualiter retinenda confirmauerunt in iure dominacionis aeclesie Sancti Cucufatis predicti in manu Guitardi, predicti abbatis, ut si quis hoc amplius iniuste mouere temptauerit, componat hec que de mala petizione legibus continentur, et .XII. libras auri purissimi cui iniusticia facta fuerit. Et insuper hoc firmum permaneat.

Acta fuit haec audientia in presentia Guisliberti, uicecomitis et Remundi, archileuite et Gondeballi Bisorensis et Alamagni Ugonis et Renardi Bonucii [et Remundi Guillelmi et Remundi Ermemiri], et Remundi de Matrona et Aenee, filii eius et Honofredi Riculfi et Riculfi de Parietibus et Almarici Aitii et Riculfi Ballomari et Viuani Poncii et Remundi Seniofredi et Audgeri et Gauseberti, filii eius et Aitii de ipsis Vallibus et Remundi Geriberti et Gontardi et Bernardi Goltredi et Bernardi Adroarii et Ermengaudi, leuite et Trasuadi, qui uocatur Domnucius, presbiter, aliorumque multorum et postmodum conscripta atque confirmata .III. kalendas augusti, anno .II. supradicti regis Henrici.

S+ Poncii Bonifilii Marci, clerici et iudicis atque canonice Barchinonensis prepositi, qui hoc legaliter confirmauit, et potestatibus, comitibus, episcopis seu iudicibus hoc confirmari optauit, seu ceteris idoneis uiris. (*Cruz*) Berengarius, comes, (*cruz*). (*Cruz*) Guiie, comitis. (*Cruz*) Wadallus, acsi indignus gratia Dei episcopus, *sss*. (*Cruz*) Guislibertus, leuita qui et uicecomes, (*cruz*). (*Cruz*) Hermessindis, gratia Dei comitissae, (*cruz*). *Sss*. Sisguirallus, uicecomes, *sss*. Raimundus, archileuita, (*cruz*). *Sss*. Sisfredus, iudex. S+ Gonballi Bisorensis. S+ Renardi Bonucii. S+ Remundi Gilelmi. S+Remundi Hermemiri. S+ Remundi de Matrona. S+ Aenetie, filii eius. S+ Onofredi Riculfi. S+ Riculfi de Parietibus. S+ Amalrici Aitii. S+ Riculfi Baldomari. S+ Viuani Poncii. S+ Remundi Seniofredi Flauii. S+ Audgeri. S+ Gauzberti, filii eius. S+ Aitii de ipsis Vallibus. S+ Remundi Geriberti. S+ Gontardi. S+ Bernardi Goltredi. S+ Bernardi Adroarii. S+ Viuas, sacer et iudex. Miro, leuita, *sss*. *Sss* Sisfredus, iudex; Miro, *sss*. ENEAS MIRO.

S+ Poncii Bonifilii Marci, clerici et iudicis, qui haec scripsit et *sss*. Die et anno prefixo *sss*.

## 121

1034, mayo, 6

*Los albaceas de Ramon [Borrell], conde de Barcelona, entre los que se encuentra su viuda Ermesèn, << [...] ad me pertinet [per] manumesseriam uel per meum decimum [uel] per [qualiscumque] uoces [...]>>, donaron a la iglesia de Sant Pere de Vic un alodio situado en un lugar conocido como “Ederas” (Heures), entre Sant Julià de Vilatorta y Vilalleons.*

A. Vic. ACV, Caj. 6, nº 2147.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 39

Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic*. Fasc. II, doc. 924

In Christi nomine. Ermessindis, gratia Dei comitissa, et Gomballus de Bisaura et Miro de Ostales et Bernardus Ruuir, nos qui sumus [testes] uel elemosinarii [de condam] Raimundo, comite. Certum quidem et manifestum est quia precepit nobis iam dictus comes ut scripturam donacionis fecissemus ad domus Sancti [Petri sedis]Ausonensis de ipso suo alode quod ille abebat in predicto comitatu Aus[on]ense, in locum quem dicunt Ederas, sicut et facimus, quod ei euenit per donum Borrelli, episcopus, [et per] qualicumque uoce. Et est ipse alodis, casas, casalibus, cortis, cortalibus, terris et uineis, cultum et erenum, arboribus, pomiferis et inpomiferis et pascuis et siluis et pratis et [garicis] uel quantum ad ipsum alodem pertinet omnia in omnibus cum exiis et regressis earum et cum omnibus earum afrontationibus. Quantum ergo ad predictum alodem pertinet [uel] [cum omnibus suis terminis], sic donamus nos predicti elemosinarii ad predictam ecclesiam Sancti Petri. Ego Ermessindis suprascripta quantum ad me pertinet [per] manumesseriam uel per meum decimum [uel] per [qualiscumque] uoces abere ibi debeo et nos predicti manumissores per ipsam [manumisseriam] sic iuratum uel probatum abemus asserie condiciones uel in suo iudicio [resonat]. Quod[ si nos donatores] aut [ullus] omo uel femina qui contra istam scripturam donacionis uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat vindicare quod impe[tit] sed maledicci[nis] super ipsum ueniat. Et [ab consorcio] Dei ecclesie extraneus fiat et cum Iuda traditore particebs sit. Et insuper quo [hactus] legibus predicta ecclesie in quadruplum componat. Et inantea ista donacio inreucabilititer per[ma]neat.

Facta carta donacionis .II. NONAS Madii, anno .III. R[egn]ante Enrico rege. Sig+num Ermessindis, gratia Dei comitissa. Si[+num] Bernard Ruuir. Sig+num Miro de Ostales, nos simul in unum qui istam donacionem [firmamus] et firmare Rogauimus.

Gauceran *sss*. Sig+num Raimundus Miro. Sig+num Raimundus [.....]. Gondebaldus *sss*. *Sss* Raimundus, presbiter et monachus, qui ista carta donacione rogatus scripsi et *sss* subscrripsi die et anno quo supra.

1035, junio, 26

*El matrimonio formado por Dagoberto y Adalaizis confiesan ante la condesa Ermesèn y otros nobles que la acompañaban la falsedad de la escritura con la que retenían en su poder dos predios de tierra situados en Cornellà y Les Corts, condado de Girona, y que pertenecían al monasterio vallesano de Sant Cugat.*

A. Barcelona. ACA. Monacales, pergs. San Cugat, nº 187.  
 Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallés*. Vol. II, documento nº 542.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, pp. 55-56.

Presentibus notum sit ac futuros qu[aliter] dominus Witardus, abbas Sancti Cucuphatis cenobii Octauianensis uel qua conuenientium dedit alo[dium].....Dag]oberto Gerundensis incole et uxori eius nomine Adalaizis, et quomodo demum idem ipsi, prompto ac deuoto animo, predictum alodium in potestatem redigerium [us prout a nobis ac ab.....enim predictus] Dagobertus premissus a patre suo condam nomine Bonohomine predicto cenobio Sancti Cucupathis per monachum cum sua simul hereditate, et sub hac occasione fecit comutacione[m predictus Bonushomo de domno Ottone], episcopo et abbate predicti cenobii, antecessoris predicti Witardis de suo alodio, ea tamen ratione, ut si de iam dicta promissione se substraxisset predicta commutacio alo[dii nostri restitueremus abbate predicti cenobii.] Accidit autem ita subtraens uidelicet se de iam dicta promissione, et ideo predictus Witardus, abbas, in presentia multorum nobilium uirorum interpellauit Ermessindam, comitissam, ut hac [comutacio questuare] et iusticiam exinde faceret. Predicta autem comitissa hoc diligenter perquisiuit et inuenit apud predictum Dagobertum scripturam falsitatis confectam. Predictus autem Dagobertus reco[gnouit se de scriptu]ram falsitatis et esuacuauit se de ipso alodio et de omnes suos alias alodos in potestatem predicti abbatis Witardi ad iure et dominio Sancti Cucuphatis predicti simul et eius coniux predicta [..... pre]dictus autem Vuitardus, abba, misericordia postmodum motus, dedit predicto Dagoberto et eius coniugi predicte in comitatu Gerundensis, in terminio Corneliani, masum unum quod fuit Cixelani [condam.....]illi pertinentium, et cum omnes suas affrontationes. Et in uilla, que uocant Corts, alium mansum, quod ipse Dagobertus uendidit uel donauit siue securitatem firmauit predicto Sancti Cucuphato [de predictos]terminos uel affrontationes, eo conuentu ut ipsi teneret et possiderent dum uiuerent, et post obitum illorum liberum et solidum remansisset predicto cenobio Sancti Cucuphatis. His igitur [ita.....]Dagobertus necessitate famis et inopia detentus, hoc eodem alodium predictum, totum ab integre, cum omnia illorum pertinentia, solidum et liberum recuperauit ad proprium, predicto cenobio [Sancti Cucuphatis.....ego predictus] Dagobertus et uxor mea predicta Adalaiz, corde perfecto et animo uoluntario, nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio, donamus predictos mansos et [omnia alodia que in]comitatu Gerundensis habemus uel habere debemus per ullusque uoces in omnibus omnino locis predicto cenobio, ut habitantes in eo et omnes successores illorum [liberum solidum.....possideant] et in perpetuum possidere mereantur absque ulla inquietudine. Et omnibus ita sit manifestum. Hec omnia peracta predictus Vuitardus, abbas, inspiratione diuina comp[unctus et misericordia motus] dedit ad predictum

Dagobertum et eius coniugi predicte Adalaiz, in comitatu Barchinonense, in territorio almi martiris Cucuphati, kasas, kasalibus et terra, cum orto et omnia [genera arborum] que ibidem sunt cum modiata .I. de uinea, eo conuentu, ut ips[i te]nerent et possiderent, dum uiuerent, et post obitum illorum remaneat ad unum ex filiis uel filiabus eorum, qualem elegerit [ ut dum uiueret] possideat in seruitio predicti almi martiris Cucuphati. Et ita omnibus sit manifestatum. Disrumpere autem uel inmutare hanc noticiam uel donationem nulli licitum sit, quod si etiam aliquis [disrumpere uel inquieta]re temptauerit libram auri quoactus exsoluat, et inantea hec donatio f [irm]am optineat roborem.

Facta autem hec donatio constat .VI. kalendas iulii, anno .V. regni Henrici, regis.

S+m Dagoberti. S+m Adalaizis, qui hanc donationeam fecimus scribere et testibus firmare rogauimus.

(*Crismón*) Senderedus, monachus, qui hanc scedula donationis exarator fuit sub die et anno prefixo.

[c.1035 – c.1044]

*La condesa Ermesèn y su nieto el conde Ramon [Berenguer I] pactan con Ermesèn, vizcondesa de Girona, con Eneas, Miró y Amat Eldiric. La ceremonia se llevó a cabo en la catedral de Girona, encima del altar de Sant Anastasi. Presidió el juramento Berenguer, obispo de Elna, siendo Ramon Miró, Guillem Sunifred y Guillem Ramon los testigos presentados por el conde de Barcelona.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 19, nº 41.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 19, nº 41 dupl. Copia siglo XII.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 505.

[Nos testes] Reimundus Mironis et Guilelmus Seniofredi, clericus, et Guilelmus Remundi iuramus super altare quod est consecratum in honorem Sancte Anastasie, quod est situm in ecclesia Sanctae Mariae Sedis Gerunde, quia nos uidimus et audiuimus quando Ermesindis, uicecomitissa ,et Aeneas Mironis et Amatus Eldrici fecerunt pliui Reimundo, comiti, per Ermessindem, comitissam, ut predicta Ermessindis diceret Reimundo, comiti, prima die iouis que fuit post festivitatem Sancte Marie de septembbris unum de quatuor placitis que scripta erant et fecisset eadem die iouis illud placitum per ipsas pignoras que tunc intrabant et per maiores. Et si prescripta Ermessindis hoc non facet eadem die iouis, tunc sequenti die dominica prima, predicta Ermessindis, uicecomitissa, cum castello Malauela, sicut tenebat et habebat per predictam Ermessindem, comitissam, sic tenderet ad iam dictum Remundum, sine enganno de predicto Reimundo. Et Aeneas et Amatus Eldrici illum honorem quem tenebant de predicta comitissa, sicut per eam habebant, sic tenderent ad iam dictum comitem usque ad iam dicta die dominica, sine enganno de predicto comite. Nos testes hoc pliui uidimus fieri in ecclesia Sancte Marie, ante altare Sancti Sepulcri. Et ego Raimundus, gratia Dei comes, protuli hos testes ad hoc iam dictum testimonium comprobandum coram Berengario, episcopo Elenensi et Guitardo, clero et iudice et Petro Remundi et Guilelmo Guillelmi, comitis et Poncio Ugonis, comite et Ecardo Odonis et Remundo Ademari et Remundo Arnalli et Bernardo Adalberti de Nauata et Guilelmo Seniofredis de Palacio et Berengario, abbatte et Guillelmo Bernardi de Cheralt et multis aliis quos nominare longum est. Berengarius Elenensis episcopus et Petrus Remundi, comes Biterrensis et Poncius Ugonis et Ecardus Odonis et Remundus Ademari iudicauerunt hoc iudicium de suprascripto pliui, ut si Ermessindis, uicecomitissa et Eneas et Amatus Eldrici auctorizassent ei ipsum pliui quod comes Remundus requirebat ab eis, predictus comes debat dare terminum suficiemt, sine dilacione, quod predicti fideiussores aberent suum guarent Ermessindem comitissam de predicto pliui, et si predicti fideiussores non recognoscebant ipsum pliui quod comes requirebat, predictus comes probaret ipsum pliui quod requirebat a iam dictis fideiussoribus, et predicti fideiussores attenderent predictum pliui sicut comes iam dictus probaret.

[c.1035 - c.1044]

*Ermesèn, vizcondesa de Girona, hija de Amat y Sança, juró fidelidad a Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona, en todas sus posesiones menos en aquellas que la condesa Ermesèn tuvo en el condado y ciudad de Girona.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 22, nº 174.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 22, nº 174 dupl. Copia siglo XII.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 536

Iuro ego Ermesindis femina, filia qui fui de Amato uel de Sancia femina, quod de ista ore inantea fidelis ero ad te Remundum, comitem, filium Berengarrii comitis uel de Sancia, comitissa, sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione ac sine engan. Ego Ermesindis predicta non dezebre te Remundum, comitem iam dictum, de tua uita nec de tuis membris que in corpore tuo aloes, set de omnibus fidelis ero tibi. Et non te dezebre de ipsa ciuitate de Barchinona, neque de ipso comitatu Barchinonensi, neque de ipso episcopatu Barchinonensi, neque de ipso onore quem odie abes de Ispania, uel inantea adquisieris, neque de ipso comitatu de Ausona, uel episcopatu Ausonensi, neque de ipsa ciuitate Minorisa, neque de ipsa ciuitate Gerunda, neque de ipso comitatu Gerundensi, neque de ipso episcopatu Gerundensi, neque de ipsis kastris vel rochas, puios eremos siue condirectos, qui infra suprascriptos comitatus sunt, (1) set de omnibus fidelis ero tibi. Et ego predicta Ermesindis haec omnia suprascripta no to tolre ad te Remundum, comitem iam dictum, seniorem meum, nec ten tolre aliquid de hoc, nec ego nec aliquis homo uel homines, femina uel femine, per meum consilium nec per meum ingenium nec per aliquem meum assentimentum. Et ego Ermesindis iam dicta adiutor ero ista omnia iam dicta a tener et ad auer ad te iam dictum comitem Remundum, seniorem meum, contra cunctos omnes uel feminas qui ad te Remundum, comitem iam dictum, hec omnia predicta tollere uoluerint uel aliquod de hoc tulerint, excepto hoc quod Ermesindis, comitissa, retinuit in ciuitate Gerunda uel in comitatu Gerundensi ad ipsum diem quando finiuit omnes suas querelas cum te supradicto Remundo comite, unde fidelitatem debeo illi portare in sua uita. Et postquam illa mortua fuerit, similiter adiutor ero ad te de ista omnia a tener et ad auer, sicut de omnem tuum onorem suprascriptum, per fidem, sine engan. Et ego iam dicta Ermesindis adiutor ero ad te Remundum, comitem predictum, contra cunctos omnes uel feminas unde tu iam dictus Remundus me comonras per te ipsum uel per tuum missum. Et comunir no men desuedare et adiutorium, sine tuo engan, ten fare. Et si tu iam dictus Remundus mortuus fueris, infra ipsos .XL. dies primos quod ego Ermesindis iam dicta sciam quod mortuus sis, ego Ermesindis manibus meis ad filium tuum ad quem tu dimiseris Barchinonam me comendare, aut si filium non abueris, ad ipsum ad quem tu Barchinonam dimiseris similiter o fare. Et ipsum onorem quod per te iam dictum Remundum teneo, per suam manum lo prendre, et tale sacramentum illi iurabo quale ad te iuratum abeo. Et hec omnia suprascripta, si o tenre et o atendre ego Ermesindis predicta ad te Remundum, iam dictum comitem, seniorem meum, per fidem, sine engan, nisi quantum tu me absolueris de isto sacramento per tuum grad, sine forcia.

(1) Cuatro líneas aprox. en blanco.

## 125

1036, abril, 26

*La condesa Ermesèn su nieto Ramon [Berenguer I] y su nuera Guisla, condes de Barcelona, confirmaron a la catedral de Barcelona la donación de la iglesia de Santa Eulalia, próxima a Terrassa.*

B. Barcelona. ACB. *Libri Antiquitatum*, T. I, nº.3.

Ed. Marca, Pere de. *Marca Hispanica...*, documento nº 159, cols. 970-971.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 55.

[...]XXVIII. annis post quam supradicta scriptura fuit facta, VI. kalendas maii anno V. regni Henrici regis sic dedit Guilbertus Barchinonensis, episcopus prefate canonice, cum iussione et uoluntate domni Remundi, comitis, filii Sancie, quondam comitisse et Ermesindis, comitissae et Guile, comitisse, ecclesiam Sancte Eulalie que est sita in Egara et in Terracia, [cum omnibus alodii qui sunt in Egara], id sunt, terras et uineas, cultum uel eremum, et trilias et arbores diuersi generis, fontes et aquis decursibus et oliuarias et omnia que pertinent ad supradictam ecclesiam Sancte Eulalie, que sunt iuris ecclesie Sancte Crucis Sancteque Eulalie Barchinonensis, exceptas alias ecclesias Terracie, cum illorum pertinentiis. Et Guilbertus, episcopus supradictus dedit praefate canonice, omnes uoces acquisitionum de sepulturis mortuorum hominum quas habebat uel habere debebat in ipsa claustra praefate canonice, exceptus ipsas absolutiones. Et simili modo Ermemirus, sacrista Sancte sedis Barchinonensis cum iussione prefati episcopi, et uoluntate dedit prefate canonice ipsam medietatem de ipso cimiterio de omnibus causis mortuorum que illi pertinebant aut pertinere debebant[...]

(Cruz) Guislibertus, gratia Dei episcopus. (Cruz) PETRUS, EPISCOPUS (cruz). (Cruz) Ermessindis, comitisse, qui haec dono et confirmo. S+ Ermemirus, leuita et sacrista. ARNALLUS, archileuita. (Cruz) Hermesindis, comitisse, quae haec dono et confirmo, ut omnes canonici semper Dominum exorent pro nobis et pro antecessoribus nostris Guadallo, episcopo et Remundo, comite et Berengario eius filio.

Iohannes, leuita, qui hanc cartam uenditionis atque largitionis exarauit cum duobus et superpositis sss. die et anno quo supra.

**Consignada en la misma escritura del documento nº 24**

## 126

1036, mayo, [22]

*Ermesèn prestó a Ramon, hijo de Miró, vicario del castillo de Hostoles la cantidad de doce onzas de oro. Esta cifra en metálico debería haberla donado Ramon al monasterio de Sant Llorenç del Munt para el sufragio de misas “pro anima”. No fue así por lo que Ramon debía esa cantidad a la condesa y al monasterio.*

A. Barcelona. ACA, Monacales, carp. 2, perg. nº 116.

Ext.: Montserrat. AM, *Speculo* 12 (Sentmenat) nº 1.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. II, documento nº 259.

In nomine Domini. Ego Raimundus, filius Mironis Ostolensis Kastri condam debitor sum domne Ermessinde, commitisse. Manifestum est enim quia debitor sum illi de duodecim uncias auri placibiles. Illa autem pro remedio sue anime dat predictas uncias aurii Sancto Laurencio martiri, cuius cenobium fundatum est in cacumine excelsiori montis supra Terracia atque seruis Dei eodem cenobio Christo famulantibus. Quapropter ego predictus Raimundus, quia in presenti exsoluere non possum predictum aurum, inpignoro predicto cenobio Beati Laurentis alodium meum proprium in potestatem Audegarii abbatis, qui eidem coenobio preessae uidetur, id est, in uno loco kasas cum solos et superpositos, ostios, ianuas, matherias, foueas et torcular, terras et uineas atque trilias simul et reuiras, cultum et incultum, meum proprium, et in alio loco kasas cum solario et curte, terras et uineas atque trilias et arbores diuersi generis, meum proprium. Aduenit autem mihi omne predictum alodium per genitorem meum Mironem condam siue per qualicumque uoce. Est namque alodium primitus prenotatum in commitatum Barchinone, in Vallense, in ualle Sancti Minati, et habet affrontaciones de parte orientis in terra Gondeballi proceris et de meridie in terra Sancti Cucuphatis cenobii, de occiduo in terra de me inpignoratore et de circio in terra Gondeballi predicti. Subsequens uero alodium est in commitatum similiter Barchinone in terminibus de Kalidas ad ipso Prato siue in ipsa Ruira, et affrontat de parte orientis in ipsa strata publica et de meridie in terra de Ermengardis, de occiduo in rio, de circio afrontat in terra et in uinea de Iozfredo, qui fuit uinditor predicti alodii. Et ipsa uinea que est in Ruira afrontat de oriente in uinea de Sancio siue de Ermengardis et de meridie in terra et in uinea de me inpignoratore uel de meos eredes, de occiduo in terra de Sancia uel de Ermengardis, de circio in terra de me inpignoratore. Et alia pecia de terra afrontat de oriente in ipso margine siue in terra de Iozfredo predicto et de meridie in terra Sancti Minati uel de Seniofredo de Vilar, de occiduo in terra de Guascha, de circio in terra de Bonumir. Quantum iste afrontaciones includunt, sic inpignoro ego predictus Raimundus hec omnia, predicta alodia, iam dicto cenobio Sancti Laurentis et Audegario predicto abbati atque monachis eidem cenobio famulantibus eo conuentu et conditione, ut usque ad diem sanctum Pasche presenti anno primo ueniente abeam ego Raimundus solutes duodecim uncias predictas in auro placibile aut in res ualentes ad precium auri sine ullo ingenio predicto cenobio Sancti Laurentis et eius famulantibus qui ibi sunt uel fuerunt, ad conlaudamentum domne Ermessindis, commitisse predicte et illi restituant hanc scripturam in mea potestate sine ulla more et absque ullo ingenio. Si autem ad constitutum diem ego non habuero solutam predictam peccuniam predicto cenobio, libere et absque ulla

inquietudine optineat Sanctus Laurentius et eius seruientes predicta alodia ad suo proprio iure possidendum perenniter ab ea die et deinceps. Omnes autem fructus qui interea exinde exierint usque ad prefinitum tempus integre et inuiolabiliter similiter sibi uindicent [et] habeant famulantes predicti cenobii, et predicte duodecim uncie remaneant mihi in precium pro predicto alodo. Et est manifestum. Si quis contra hanc kartam inpignorationis uenerit aut ego uenero ad inrumpendum, [non] hoc ualeat aut ualeam uindicare, set componat aut componam uobis in duplo cum omnem suam meliorationem. Et inantea firma et stabilis permaneat et semper inconuulsa.

Facta karta inpignorationis .XI[.... i]unii, anno .V. regnante [En]rico rege.

Sig+num Raimundi Mironis, qui hanc kartam inpignorationis scribere feci et testibus firmari rogaui Geriberti. Sig+num Ermengaudi Geriberti. [Sig]+num Bonifilii Sab[...]. Sig+num Gondeballi, proceris. Sig+num Amati Oldrici. Sig+num Olibani Ichilani. Sig+num Seniofredi Sabrosa. S+ [.....] sss.

S+[....,s]acer et monachus, qui hac kartam inpignorationis scripsit et sub sss die et notato tempore.

1036, julio, 20

*Ermesèn presidió junto a su nieto Ramon [Berenguer I] el acto en el que Guitard, abad de Sant Cugat, y Bernat, hijo de Hodegari, alcanzaron un acuerdo en torno a los términos de Santa Oliva, Calders y Castellet después de haber sometido la cuestión a la ordalia de “per albatum”.*

- A. Barcelona. ACA. Monacales, perg. San Cugat, nº 194.
- B. Barcelona. ACA. Cart., fº 82v-83, nº 316.
- Cf. Balari, *Orígenes*, pp.82, 94-95, 152, 158, 211, 383-385, 450 y 497.
- Cf. Rovira, *Història*, III, p. 495; IV, p. 210.
- Ed. Carreras, *Lo Montjuich*, ap. XVIII.
- Ed. Rius, J. *Diplomatario de Sant Cugat del Vallés*. Vol. II, documento nº 545.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, pp. 55-56.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter orta fuit contencio inter Guitardum, abbatem Sancti Cucuphatis cenobii, et Bernardum, prolem qui fuit Hodegarii, de terminos Sancte Olieue siue de ipso Kaldario et de Kastelet. Proinde uenerunt in presencia donne Ermisindis, comitisse, atque nepti suo, domno Reimundo, prolis Berengarii, comitis, procerumque suorum Guislibertus, episcopus Sancte sedis Barchinonensis et Reimundo, archileuita et Bernardus Sendredus et Fulco Geriberti et Gillelmus de Kastro Vetulo et Ermengaudus Gisadus, Bonefilio, Willelmus et fratri suo Petro et Amatus Uldrigus et Willelmus Borrellus, siue Bonefilio Suniario et Reimundo Giskafredus et Miro Lubsancio et Reimundo Ratfredus et Bernardus Gelmirus et Companno Mager, Reimundo Esimbertus et Onofredo Ricolfo, Companno Marchucio et Bonefilio, Sendredo et Willelmus Lobato et Bonopar, Willelmus, siue Geriberto, iudice et Ardenco Willelmus et Reimundus, leuita et Otto, sacer et Ermengaudus, leuita et Salomon, sacer et aliorum multorum bonorum hominum ibidem adsistencium. Appetebat namque supradictus Bernardus terminum de Kastelet per ripam stangni que dicunt Kaldarii, siue per ipsum reger qui est ante Venrel, siue ante turrem Sancte Olieue usque in serra qui est supra ipsa turre. Et appetebat supradictus Guitardus, abba, terminum Sancte Olieue siue ipso Kaller de collo, qui est subtus parada que dicunt Episcopalem et per ipsas planas ultra ipso reger prope ipsa turre qui fuit de Tedbert que dicunt Beluizi, siue per ipsa gralera, et ipsum kastrum, que dicunt Kalefell, simul cum ipso stagnos que dicunt Ollero usque in ipsum mare, sicut resonat in preceptum Sancti Chucuphatis, quod dominus Ledouicus, rex Franchorum, genitor Leutarii, regis similiter franchorum, fecit ad confirmandas res ecclesiasticas huic cenobio collatas aut in postmodum concedendas. Resonabat namque in unc preceptum, quod supradictus rex Leodouicus confirmabat atque concedebat ecclesiam Sancte Olieue, cum ipso alodio in latitudine de ipsa Guardia de Bangnarias, usque in Villa Domabuis, et in longitudine de Villa Demenio, usque ad ipsum mare, simul cum ipsos stagnos. De hoc altercantes atque inter se contendentes iudicauit Gislibertus, suprascriptus episcopus, et donno Bernardus Sendredus et Fulco Geribertus, ut ex ambobus partibus misissent se sub lege, et dedissent fideiussores ut secundum sancctionem legis Libri Iudicum fecissent sibi inter se directum. Ad quem supradictus abba Guitardus prestus fuit et fideiussores dare et secundum sancctionem legis Libri Iudicum directum facere. Supradictus uero Bernardus noluit se mittere

sub iugo supradicte legis, nec ullumque alium directum facere, nisi tantum modo uerbis suis affatus est dicens: Ego nullum alium directum faciam neque recipiam, sed si uultis mittamus, singulos puerulos ad iudicium Dei Omnipotentis in aqua frigida, ut inde appareat cuius directum sit. Et nos, suprascripti Ermisindis, comitissa et Gislbertus, episcopus et Bernardus Sendredus et Fulco Geribertus, quando hec uidimus et nullum alium directum facere(1) aut pacificacionem neque amodum de hoc facere non potuimus, fecimus talem conuenientia inter utrosque, ut qualiscumque ex illis puerulis suscepisset aqua, ipse qui illum pro se uicarium tradidit habuisset suprascripta omnia, sicut suprascriptum est uel piduatum fuit. Si uero ambos suscepisset aqua, diuisissent per medium suprascripta omnia piduata. Si autem ambobus euanuerint et non recipuerit illos aqua, similiter diuisissent suprascripta omnia per medium, sicut piduatum fuit ex ambobus partibus. Unde hoc firmatum et pigneratum inter illos fecerunt suprascriptum iudicium ad satatum diem in quo appauit ita: puerulum Sancti Chucuphati cooperuit aqua, sed non retinuit. Puerum autem supradictum Bernardi nichil omnino suscepti aqua, sed uanum de superstetit. Deinde nos suprascripti uoluimus diuidere per medium suprascriptam contencionem. Et propter amorem Dei omnipotentis et precibus Bernardi suprascripti eo quod umquam nulla alterkacio aut contencio fieret inter illos, fecimus amodum inter illos ut abeat pars minima Sancti Cucuphatem, et pars maior Bernardi, sicut piduauit Gislbertus, episcopus, et Bernardus Sendredi extrellum diem quando hunc amodum fecimus. In tale uidelicet ratione, ut ab hodierno die uel tempora non sit illi licitum appetere nec inquietare suprascripta omnia neque de suprascriptis omnibus, unde se iachiuuit in presencia suprascriptarum omnium, in potestate Guitardi, abbati, qui hec appetebat per uocem Sancti Cucuphati et suprascriptus Guitardus siue supradicta Ermisindis, comitissa, dederunt maiorem partem supradicto Bernardo, sub tali uero conuentu, ut ita est supradicta diuisio, sicut supradictum est uel terminatum. Ego namque Bernardo Hodegarii, qui hec appetebam, ex uacuo me de hoc, sicut piduatum uel difinitum fuit extrema die. De ipsa sentencia, ubi crux fuit facta in ipso saxo qui ibidem est, et descendit per ipso Paladol et peruadit ad ipsa Calçada siue ad ipso Torrent ubi fuit factum karakter in saxum magnum et peruadit ad ipsam serram per ipsum Collet, qui est subtus ipsam mugam, et inde uadit per signas uel notas usque in sumitatem montis de Kalafell, et inde descendit per notas uel signas usque in ipsa mare, sicut superius insertum est, de latitudine de ipsa Guardia de Bagnarias usque in Domabui, de longitudine de Villa Domenio usque in ipsum mare, sicut piduauit Gislibertus, episcopus, et Bernardus Sendredi, extrema die quando fuit ipsa definicio, ita me exuacuo atque dimito omnes uoces quam ibidem appetebam, ut ab hodierno die uel tempore, nec ego, nec ulla posteritas mea aut ullus uiuens homo utriusque sexus licitum sit appetere uel inquietare suprascriptos terminos neque infra suprascriptos terminis. Quod si ego, Bernardus, aut aliquis uiuens homo utriusque sexus qui contra hanc definitionem uenerit aut uenero ad inrumpendum, non hoc ualeam aut ualeant vindicare quod requerit, sed in primis iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda traditore in baratro inferni sit damnatus et pro temporali iudicio pronat in uinculo quantum hic resonat in quadruplum ad Sancti Cucuphati. Et inantea ista deffinicio firma et stabilis permaneat modo uel omnique tempore.

Facta diffinizione .XIII. kalendas agustas, anno .VI. regni Henrici, regis.

S+m Bernardus, qui hanc definicionem feci et firmare rogaui. (*Cruz*) Guislabertus, gratia Dei episcopus, (*cruz*). (*Cruz*) Ermesindis, gratia Dei comitissa, (*cruz*). Sig+num Miro Lubsantio. Sig+num Reimon Esimbertus. Sig+num Honofredus Ricolfus. Sig+num Ermengaudus. S+m Mirone. S+m Fulco, leuita. S+m Compannus, leuita, *sss*. S+m Guifred de Rubio. S+m Bernardus. *Sss*. Geribertus, iudice. S+m Amato Uldrici. Raimundus, archileuita, (*cruz*). S+m Reimundi Gischafredi.

WADALLUS, monachus, qui hanc definitionem scripsi et sub *sss* die et anno quod supra.

S+m Bernard, qui hanc definitionem feci et firmaui et firmare rogaui et nunc confirmo hec omnia, sicut superius scriptum est, et relinqu hec omnia quod iniuste detinebam, et euacuo me de omnibus uocibus quas ibi apetebam uel appetitus eram quocumque modo in potestate Sancti Cucuphati et supra sacro sanctum eius altare manibus meis scriptum pono et relinqu hec omnia, sicut hic scriptum est, ad suum plenissimum proprium, sine ullo engan et sine ullo malo ingenio aut ulla decepcione. Propterea ut nullus unquam mee proienie aut mei generis, aut mee propinquitatis audeat hoc inquietare aut aliquomodo apetere. Quod si ego aut aliquis homo utrisque sexus aut mei generis contra hanc definicionem uel euacuacionem siue confirmationem uenero aut uenerit pro intrupendum quocumque modo, non hoc ualeam aut ualeat uindicare, sed componam aut componat hec omnia in duplo cum omni sua inmelioracione modo uel omnique tempore. Facta est hec definicio supradicto tempore. Et confirmacio huius reliccionis siue euacuacionis est primum facta in castello Granata, in potestate Guitardis, abbatis, in presencia Hencee Mironis et Raimundi Ricolphi, monachi, et Ermengaudi, clerici, et Gonbaldi, clerici, .III. die ante kalendas augsti. Postea uero hec supradicta confirmacio huius reliccionis siue euacuacionis est facta in ipso cenobio Sancti Cucuphati, .II. nonas augsti, anno .XIII. regnant Aenrico, rege, presenti omni congregacione, siue supradicto abbatte. S+m Bonifilii Willelmi. S+m Mironi, clerici. S+m Udalgarri. Wifred. S+m Raimundi Ysimberti.

WIFREDUS, monachus uel presbiter, qui hanc confirmationem huius reliccionis siue euacuacionis scripsi *sss*. sub die et anno quo supra.

(1) *Tachado en el texto.*

1037, enero, 7

*La condesa Ermesèn firmó junto a su nieto Ramon [Berenguer I ], conde de Barcelona, en un documento de donación llevada a cabo por Ramon[ III], conde de Pallars.*

B. Barcelona. ACA. Cancillería, *Liber Feudorum Maior*, Liber I, fº 64 c.  
Ed. Miquel Rosell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 58.

Ut ita ualeat donatio sicut emtio, donacio, uero, qui per uoluntatem facta fuerit, qualem emtio, habent robore. Idecirco, in Christi nomine, ego Reimundo, gratia Dei comite, donator sum te, Garcia Ezo, et coniuge tua Ricards. Certum, quidem, et manifestum est enim quia in Dei nomine, sicut mihi placuit et palcet, nullus quoque gentis imperium nec suadentis ingenii, sed propria expontanea, hoc elegit nobis cum Deo bona uoluntas, ut carta donationis fecisset ad uos iam dictos, ita et fatio de aliquid de meum alode qui est in comitatum Palliarense, siue infra terminos de castro Mur, ad uos iam dictos ipsam condamina de Cote, qui mihi aduenit per meum genitore. Et habet affrontaciones de parte orientis in ipsa ripa de ipsa Verneta et de meridie in ipso torrente et de occidente in ipsa sponda de Ledone et de parte uero circi in terra Ugo Mironis uel suos fratres. Quantum inter istas affrontaciones est et isti termini continent, sic dono uobis ipsam iam dictam condamina ab integrum. Et est manifestum. Si quis contra ista carta donationis uenerit ad disrumpendum, non hoc uindicet sed in duplo componat. Et inantea ista carta donationis firma consistat omnique tempore.

Facta carta donationis .VII. idus ianuarii, anno IIIIX regnante Aianrico rege. Sig+num Raimundo, comite, qui ista carta rogauit scribere et testes firmare. Sig+num Mir Mir. Sig+num Mager Senter. Sig+num Arnal Sanla. Testes Garcia Radolf et baron Ricolf et alii plures uisores et auditores sunt. Marches, iudex, qui hanc carta rogitus scripsit et sub sss die et anno que supra. Sig+num Ermessens comitissa et suo filio (1) Reimundo.

(1) *Debería decir nepote.*

1037, marzo, 10

*Ermesèn aparece como signataria en un documento donde Guitard, abad del monasterio de Sant Cugat del Vallès, establecía a favor de Bernat Gelmíro el castillo de Calders.*

- [A]. Original perdido.  
 B. Barcelona. ACA, Monacales, Sant Cugat, pergs., nº 192. Copia del siglo XII.  
 C. Barcelona. ACA. Cart., fº 92, nº 325. Copia del s. XIII.  
 Ed Rius, *Cartulario de Sant Cugat del Vallés*. Vol. II, p. 202, doc. 544.  
 Cf. Carreras Candi, *Lo Montjuich de Barcelona*, p. 344, nota 11.  
 Cf. Mas, *Notes Històriques*, V, p.6, doc. CDLIII.  
 Cf. Balari, *Orígenes históricos*, p. 309.  
 Cf. Rovira i Virgili, *Història*, III, p. 493; IV, p. 234.  
 Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallés*. Vol. II, documento nº 544.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona....*, pp. 55-56  
 Ed. Font Rius, J. Mª. *Cartas de población y franquicias de Cataluña*. Vol. I, documento nº 19.

In Dei eterni et saluatoris Christi nomine. Ego Guitardus, nutu diuino abbas, cohors quicque monachorum Sancti Cucuphati cenobii Octauianensis donatores sumus tibi Bernardo Gelmiri. Manifestum est enim quod donamus tibi kastrum Cucuphati cenobii almi predicti ipsum uidelicet quem uocant Kaldarium, cum omnibus suis terminis siue pertinenciis, ad construendum et hedificandum atque ad populandum. Retinemus autem ad ius Sancti Cucuphati predicti ipsam laboracionem dominicam quam modo ibi habemus uel in antea exercere potuerimus, cum omnibus suis decimis, ad proprium, et medietatem de omnes census quoscumque, cualicumque modo predictum kastrum, uel possessores eiusdem conquerere potuerint. Est autem predictum kastrum in comitatu Barchinone, in ipsa marcha de Penitense, in litore maris fundatum. Habet namque affrontaciones siue terminos de parte orientis in termino de kastro Kasteleto, de meridie in altitudine maris, de occiduo in termino de Berano siue in ipsa mare, de circi affrontat in termino Sanctae Oliuae siue in termino de kastro Albiniana. Quantum iste affrontaciones includunt, sic donamus tibi predictum kastrum Kaldarium, cum omnibus suis adiacenciis siue pertinenciis, simul cum ipsis stagnos, et cum omnibus decimis, exceptus his quos supra memorauimus. Donamus namque tibi predictum kastrum cum suis terminis, eo conuentu atque racione, ut usque ad diem decem annorum completum habeas in predicto kastro bene et firmiter unam turrem constructam alciorem et grossiorem eiusque modo ibi est; et secundum posse hedifices atque munias predictum kastrum, et ad popules, hac terram ad culturam perducas. Pro hedificacione autem tua habeas medietatem in predicto kastro, et in omnia eius hedifica, siue in eius terminis tu et filii ac filie tue post te, et nepti ac nepte, siue bisnepti, hac bisnepte, unus post alium dum uixerint. Aliam uero medietatem teneas et teneant per nostrum feuum. Post mortem uero istorum, uel istarum omnium, solidum et liberum remaneat predictum kastrum in iure et potestate Sancti Cucuphati predicti et eius habitancium, absque ulla inquietudine, et sine ullo malo ingenio, cum omnia hedifica, uel cum sua melioracione. Si autem ad constitutum terminum .X. annorum turrem predictam pleniter non constructam habueris, aut tu aut ipsi qui ex predictis filiis tuis uiui fuerint, .X. untias auri dones incunctanter, aut donent predicto cenobio, et inantea cuncta perficias aut perficiant, sicut hic

insertum est. In seruitium autem Sancti Cucufatis predicti, ita semper teneas et possideas tu et omnes predicti iam dictum kastrum, ut iam non liceat tibi uel illis, aliquid de predicto kastro, aut de eius terminis, uindere nec in iure alterius alienare, nec ullum seniorem ex eodem aliquando facere, aut clamare, nisi me Guitardum abbatem, et monachos predicti cenobii, aut successores nostros nisi per nostrum, aut per illorum preceptum. Nos autem donatores, aut aliquis ex successoribus nostris, si aliquando, quod absit, hanc donationem infra constitutum tempus inquietare uoluerimus aut uoluerint non hoc ualeamus aut ualeant uindicare, sed componamus aut componant auri libras .II. Et inantea hec donacio usque ad constitutum diem plenam obtineat firmitatem. Et est manifestum.

Facta carta donacionis siue conuencionis, .VI. idus marti, anno .VI. regni Heienrici, regis.  
Witardus, gratia Dei abbas.

Widiscus. Sendredus, monachus. Wifredus, monachus. Viuas, monachus. Baro, monachus. Wari, monachus. Raimundus, monachus. Guillelmus, monachus. Berengarius, monachus. Otho, monachus. Enego, monachus. Iohanes, monachus.

Ermessendis, gratia Dei comitissa. Reimundus, comes, nos qui hanc donationem uel conuentionem firmauimus et testibus firmare rogauimus.

## 130

1037, marzo, 13

*La condesa Ermesèn donó a la catedral de Barcelona un alodio situado en “Avinno”(Avinyonet del Penedès) y que había pertenecido a Geribert de Sa Pera.*

B. Barcelona. ACB. *Libri Antiquitatum*, T. I, nº. 3.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona....*, pp. 55.

Anno .XXIX. post quam supradicta scriptura fuit facta .III. idus marcii, anno .VI. regni Henrici regis sic dedit Guilbertus, episcopus Barchinonensis prefate canonice, sextam partem omnium acquisitionum suarum mobilium rerum et immobilium que deinceps acquifierit de terris et parrochiis et decimis et placitis et dedicationibus totius sui episcopatus. Et domna Ermessindis, comitissa, solarium unum cum terris et uineis, suum proprium, quae fuerunt Geriberti de ipsa petra, que sunt in Penitense, in termino de Auinnono, cum uasculis maioribus et minoribus quae sunt in predicto solario et cum arboribus diuersi generis.

(Cruz) Guislibertus, gratia Dei episcopus. (Cruz) PETRUS, EPISCOPUS (cruz). (Cruz) Ermessindis, comitisse, qui haec dono et confirmo. S+ Ermemirus, leuita et sacrista. ARNALLUS, archileuita. (Cruz) Hermesindis, comitisse, quae haec dono et confirmo, ut omnes canonici semper Dominum exorent pro nobis et pro antecessoribus nostris Guadallo, episcopo et Remundo, comite et Berengario eius filio.

Iohannes, leuita, qui hanc cartam uenditionis atque largitionis exarauit cum duobus et superpositis sss die et anno quo supra.

**Consignada en la misma escritura del documento nº 24**

## 131

1037, agosto, 3

*La condesa de Barcelona Ermesèn donó al monasterio de Santa Cecília de Montserrat unas tierras localizadas junto a la iglesia de Santa María, en la Pineda y la Marina, condado de Girona.*

[A].Original perdido. Montserrat. AAM, caj 32, legajo 19, fº 2.

B. Barcelona. BC, Ms. 729, SACM, Vol. 3, fº 12. Regesta y escatocolo del siglo XVIII, *ex A.*

C. Madrid. BPRM. Ms. 2529, Ribas, fº 106. Regesta del siglo XVIII, *ex A.*

Ed. Altés i Aguiló, F.X. <<El Diplomatari del monestir de Santa Cecília de Montserrat>> en *Studia Monastica. Abadia de Montserrat*. Vol. 37. Fasc. 2. Año 1995, documento nº 162.

Regesta y escatocolo siglo XVIII.

La condesa Ermesindis, continuando la devoción que tenía al monasterio de Santa Cecilia, fundado en la cumbre de Montserrat, en el lugar que dizen <<Castro Marro>>, le hizo donación de unas tierras que tenía en el condado Gerundense, en la Marina , donde dizen <<Pineda>>, junto a la iglesia de Santa María, para que sus monges las posean y rueguen a Dios por el remedio de su alma y de la de su marido el conde don Raymundo.

Actum III nonas augusti anno VII regnante Enrico rege.

Se firma dicha condesa, y se subscriben, S+ Ansulfo. S+ Gaucifredo.S+ Carbonel, y Bernardo de (...).

Ratofredo presbitero la escribió.

## 132

1037, diciembre, 9

*Ermesèn su nieto Ramon [Berenguer I] y Guisla, viuda del conde Berenguer [Ramon I], donaron, al monasterio de Sant Llorenç del Munt un alodio donde habían sido edificados tres altares dedicados a santa María, sant Gabriel y sant Cristòfor abandonados hasta ahora y que debían ser reconstruidos.*

A.Barcelona. ACA, Monacals, carp. 1, perg. nº 43.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. II, documento nº 264.

In nomine Domini. Ego Ermessindis, gratia Dei commitissa, et Raimundus, gratia Dei commes et marchio, filius condam Berengarii, commitis, necnon et Guisla, commitissa, nos simul in unum donatores sumus Sancto Laurentio martiri, cuius coenobium fundatum est in cacumine excelsiori montis supra Terraciam. Donamus namque prefato coenobio Sancti Laurenti predicti aliquod alodium, in quo antiquitus tria altaria erecta habentur, Sanctae uidelicet Dei genitricis Mariae et Sancti Gabrielis archangeli atque Sancti martiris Christofori. Locus namque est humilis et desertus atque destitutus et ad hedificandum aptus. Est autem predictum alodium in commitatum Barchinonae in adiacentias de Terracia, locum quem dicunt Sanctum Christoforum. Habet namque afrontationes predictum alodium de parte orientis in alodio de Guadimir Luula et de heredes suos, de meridie in strada, de occiduo in alodio de Guadamiro presbitero, de circio in alodio de commite. Quantum iste afrontationes includunt, sic donamus prefato cenobio predictum alodium ab omni integritate, cum exiis et regressiis suis, siue cum omnibus pertinentiis pro redemptione animarum nostrarum, ut in Dei nomine presentes et futuri seruuli Sancti Laurentis predicti semper et per euum liberam habeant potestatem predictum alodium habendi, tenendi, construendi atque hedificandi, et in perpetuum possidendi absque deruptione ullius mortalis. Et est manifestum. Si quis contra hanc kartam helemosinariam uel largitionis uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uindicare aut eam inquietare uoluerit, non hoc ualeat uindicare set componat in quadruplum. Et inantea firma et stabilis permaneat et semper inconuulsa.

Facta karta helemosinaria .V. idus decembris, anno .VII. regnante Rodberto rege.

Sig+num Ermessindis, gratia Dei comitissa. (*Cruz*) Raimundus, gratia Dei commes et marchio. (*Cruz*) Guisla, commitissa, nos, qui hanc kartam helemosinariam rogauiimus scribere et testibus firmare. Sig+num Gondeballi. (*Cruz*) Reimundus, comes. Sig+num Amati Oldrici. Sig+num Udalgarii. Sig+num Seniofredi Aspega.

Guifredus, sacer et monachus, qui hanc kartam helemosinariam scripsit et sub sss die et notato tempore.

## 133

[1038, febrero, 9]

*Ermesèn asistió a la ceremonia de traslado (copia) del testamento de su difunto hijo Berenguer [Ramon I], conde de Barcelona, y que fue ordenada por el obispo y abad Oliba.*

A.Vic. ACV, cajón 9, *Episcopologio*, II, nº 36.

B. Ed. Ripoll, *Domni Berengarii Barcinonensis comitis testamentum* (Vic, 1821), p. 8.

Ed. Bofarull., *Condes vindicados*, Vol. I, pp. 252-254.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 127.

Ed. Udina i Abelló, Antoni. *Els testaments dels comtes de Barcelona i dels reis de la Corona d'Aragó: de Guifré Borrell a Joan II*. Fundació Noguera. Barcelona, 2001, doc. nº 8

Hec est translacio ultimi testamenti Berengarii, gracia Dei comitis et marchionis, fideliter translata ab Olibano, episcopo, et cuncta katerua kanonicorum sedis Sancti Petri, in presencia Ermesindis, comitisse, et nobilium terre, scilicet, Eriballi, episcopi, Aenee Mironis, Berengarii Atonis, Ermengaudi Bernardi, Amati Eldrici, Guillelmi, archidiaconi, Adalberti, prepositi, aliorumque multorum, in presencia testium subterius robatorum, ordinantibus iudicibus Guifredo Ausonense et Guifredo Gerundense atque Geraldo, hac de causa, ut, si incuria uel casu perditum fuerit testamentum prenotatum cum testibus superius anotandis, hec translacio ueridice facta credantur, ut perpetim confirmetur predicte Sancte Sedi, uel aliis sanctis Dei baselicis, quod concessum est eis a prefato comite et marchione. Sic namque incipit textus scripture predicti testamenti:

In nomine Domini. Ego Berengarius, gratia Dei comes et marchio, cupiens pergere Romam ad uisitanda limina beatorum apostolorum Petri et Pauli aliorumque sanctorum Dei, ob metum mortis mee, hoc testamentum fieri decreui, ut si, in isto itinere aut antequam alium testamentum faciam, mors mihi aduenerit quicquid per hoc testamentum alligatum est de rebus meis et de substantia mea, ita permaneat ordinatum et stabilitum quemadmodum subterius est anotatum. Volo autem ut sint helemosinarii mei Guadallus, gratia Dei episcopus Barchinonensis, et Gondballus Bisorensis et Eriballus, uicecomes et Bernardus Guifredi. Precipio namque supradictis meis helemosinariis, ut ita faciant de rebus meis quemadmodum inuenient ordinatum in isto testamento, et ita facultatem meam distribuant. In primis concedo ad domum Sancte Crucis Sedis Barchinonensis ipsum alodium quod habeo et retineo in territoro Barchinone, in loco uocitato Prouincialibus, uel quod habeo prope amnum Bissocium, quod fuit et debet esse predicte Sedis. Et reddo ad prelibatam Sedem et ad domum Sancti Cucuphati Octauianense cenobium ipsum castrum Auinnionum cum finibus et terminis et pertinentiis eius quod est in comitatu Barchinonensi infra terminos de Olerdula, in Penitense. Et reddo ad prelibatam Sedem Sanctae Crucis ipsum alodium quod debet esse sui iuris infra terminos Egare sive Terraciae. Et concedo ad domum Sancti Petri Sedis Ausonensis ipsum meum alodium de Hederes. Et reddo ad prelibatam Sedem Sancti Petri aecclesiam Sancti Baudilii cum omnibus suis pertinentiis, ad integratem, quod est in comitatu Ausone, prope terminum castri Luciani, quomodo tenebat Arnulfus episcopus, cum omnibus terminis eius. Et concedo ad filium meum maiorem, cui nomen est Reimundus, ipsam ciuitatem de Gerunda et ipsum comitatum Gerundensem et cum ipso episcopatu et cum finibus et terminis et adiacentiis eius. Et concedo eidem supradicto filio

meo ipsam ciuitatem de Barchinona cum ipso episcopatu integro et ipsum comitatum usque ad flumen Lubricatum. Et concedo ad filium meum Sancium ipsum comitatum Barchinonensem cum ipsa ciuitate de Olerdula, de flumine Lubricato usque ad paganorum terram cum ipsis meis dominicaturis et cum ipsis obsequiis hominum omnium qui ibi habitant. Haec omnia si[c] habeat Sancius supradictus filius meus sub obsequio et baiulia filii mei Remundi predicti. Et concedo ad uxorem meam Guiliam, comitissam, ipsum comitatum Ausonensem cum ipso episcopatu et cum ipsis hominibus et ipsis dominicaturis, ut haec omnia habeat si uirum non apprehenderit cum filio suo Gilelmo, quem ex ea genui; si autem alium uirum apprehenderit remaneant hec omnia supradicto filio meo et suo Guilelmo, ita ut ipse hec omnia abeat sub obsequio et baiulia filii mei Remundi predicti. Similiter sit supradictus filius meus Guilelmus, cum omnibus rebus que illi dimitto in obsequio et baiulia predicti filii mei Remundi, si mater sua uirum non apprehenderit. Post obitum autem predicte Guiliie, omnia que illi dimitto concedo filio meo supradicto Guilelmo, sub prescripto ordine, si uiuus fuerit. Si autem uiuus non fuerit remaneant hec omnia ad supradictum filium meum Remundum. Hec autem omnia quae in isto testamento resonant, sic iubeo conseruari et stabilita permanere, quemadmodum superius ordinata sunt. Concedo autem omnes meas mobiles res quaecunque inueniri potuerint ad supradictam uxorem meam, Guiliam comitissam, ad suum proprium.

Actum est hoc .III. kalendas nouembris. Anno .II. regni Henrici, regis.

(Cruz)Berengarius, comes, (cruz). Wadaldus acsi indignus gratia Dei episcopus, sss. Sig+num Olibani Mironis. Sig+num Remundi Guifredi. Sig+num Mironis Guifredi. Sig+num Ermengaudi Geriberti. Isti predicti firmauerunt supradictum testamentum, aliqui subscriptionibus, aliqui signis sollicitis punciatim.

Eriballus, episcopus, (cruz). Wuilielmus, archidiachonus,(cruz). Adalbertus, leuita qui et prepositus, sss. Geraldus, ypodiaconus atque iudex, cuius hactu hec translatio fideliter perfecta est qui et sub sss. Remundus Guifredi, sss. Ermemirus, sacerdos, sub sss. Ermengaudus, leuita, sss. Bernardus, subdiaconus et canonichus prefate Sedis, sss. Benedictus, subdiaconus, sss. Guilelmus, subdiaconus, sig+num, notarius uero predicti testamenti tali modo firmauit eum.

S+ Poncii, cognomento Bonifilii, clericci et iudicis, qui haec scripsit et sss, cum ipsa rasura ubi dicit III kalendas, sub die et anno prefixo sss.

1038, agosto, 21

*La condesa Ermesèn presidió el pleito que enfrentó a la mitra de Vic con la casa vizcondal de Cardona por la posesión del castillo de Calaf.*

[A]. Original perdido. Cardona. AEC, XIII, nº 53.

Ed. Valls i Taberner, *La primera dinastía vescomtal de Cardona*, EUC, XVI, (1931), pp. 125-126.

Cf. Moncada, *Episcopologio*, I, pp. 264-266.

Cf. Pasqual, *Monumenta*, III, 54 y 291.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 130.

Notum sit omnibus presentibus et futuris qualiter Fulco uicescomes ad uicem matris sue et suo fratrisque sui Eribaldi, episcopi (querelauit se de) Sede Vico dompno pontifici Olibe et subdito sibi clero, id est Wilielmo archidiachono, Suniario archileuite et ceteris ibi Deo seruentibus, presentibus senioribus atque nobilibus Ermesindam, scilicet comitissam et Wifredum Confluentanum, Mironem Ostolensem simul omnes quorum nomina reperiuntur in scriptura quam index conscripsit Bonefilius Marci, iudicibus uero prefatum Bonefilium et fratrem eius Guilielmum, Guifredum Ausonensem et Sendredum Cerdaniensem. Querelauit autem se de Borrello, episcopo, ipsius antecessore, quod iniuste tulisset de eorum iure castrum Calaf cum auloaudibus et terminis sibi competentibus, protulitque chartam quam Reimundus condam comes et uxor eius Ermesindis fecerant patri suo Reimundo condam uicecomiti. Ad hec iam dictus pontifex, quamvis multi multa obicerent prefate carte, ostendit scripturam quam prefatus comes et uxor eius fecerant katedrali ecclesie Sancti Petri Sedis Vicho de iam dicto castro cum alaudibus et terminis sibi pertinentibus. Cumque lecta et relecta fuisse, prefatus uicescomes astruebat queniam antequam hec carta fuisse facta, pater suus condam Reimundus, uicecomes, tenuis set hec omnia per supra taxatam cartam, et sui iuri defendisset. Supradicti uero iudices iudicauerunt ut, si prefatus uicecomes supradicta probaret, recte predicta omnia iuri eorum restituerentur. Post circulum uero dierum et intergectum aliquanti temporis spatium, conuenerunt uterque dominus, uidelicet, Oliba, pontifex, et Eribaldus, episcopus, et mater eius Enguncia fraterque ipsius supradictus Fulco, uicescomes, in locum Segarre in predicto castro Calaf, circa ecclesiam beati Iacobi apostoli, presentibus multis bonis omnibus, id est, Guilielmus, abba de Cardona et Ermemirum de Castrum Montedon et filii ipsius Berengarium et Isimbertum et Guilielmum Onofredum et Onofredum Dachoni et Suniarium Arnaldi et Suniarium Randulfi et Odoni frater eius et Bonifilius de Falcus et multis aliis atque iudicibus, id est, prefatum Guifredum Ausonensis et Adalbertum sacerdotem, quoque et iudicem Salomonem. Et ostendit Eribaldus, episcopus et Fulco, uicescomes, sufficientem sibi probationem, scilicet, Mironem Artalis de Colonico et Ermemirum Guilarani et Goltredum de Pugo retundo et Seniofredum Touensem et filium eius Reimundum et quamplures alios, paratos se esse proferentes iurare super altare Sancti Petri Sede Vico, quod ipsi presentaliter fuisent et per se uidissent et audissent quando prefatus condam Reimundus, uicecomes, per se ipsum legit suam cartam in locum quem dicunt Lauinera et peruenit cum omnibus nobis per ipsum terminum usque ad Parietos altos, et inde peruenimus cum eo usque ad turrem Unifredi, presbiteri et sic cum eo peruenimus usque ad solarium Randimiri et inde peruenimus usque ad Benam pilosam, semper de loco in locum

lapides superponentes et terra sulcantes; et ab illo die quisquis infra os terminos lauorauit ad nomen eius fecit, et qui noluit facere eum inde egecit, omnem decimam laborationis inde accepit. Et si aliquis infra os terminos aliquam capturam ceruorum fecit, quartam partem sibi dedit. Nec permisit infra os terminos quemquam laborando perficere nisi ad suum nomen. Et ita prefatam omnem terram tenuit dum uixerit, et sic eam sibi uendicauit. Igitur ego prefatus Oliba, episcopus, his me circumseptum testibus undique cernens, nec possit ultra resultare quin omnem ueritatem recognoscerem que ab eis dicebatur. Euacuo iuri meo cum omni clero michi comisso Deo militanti in Sede Vico de predicto castro Calaf omnibus alaudibus et terminis sibi pertinentibus, ut nec ego, nec aliquis meorum successorum omnia predicta repetere audeat. Quod qui fecerit, et de suo proprio, prescripta omnia in duplo componat. Et hec mea profesio uel euacuacio perenniter ualitura consistat.

Facta profesione uel euacuacione XII kalendarum septembrium, anno VIII regnante rege Eienrico.

Oliba, episcopus, sss. Guifredus, leuita qui et iudex, sub sss. Guifredus, leuita, sss. Galindus, sacricustos, sss qui hanc professionem uel euacuacionem fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Suniarium Arnaldum. Sig+num Atsunario. Sig+num Eraldum. Reimundus, clericus, sss. Adalbertus, iudex, sss. Salamon, sacer et iudex, sss. Petrus, leuita, sss. Arnallus, monachus, sss.

Durandus, sacer, qui hanc professionem uel euacuacionem rogatus scripsit, et sss die et anno quod supra.

## 135

1038, agosto, 31

*La condesa Ermesèn acompañada por su nieto Ramon [Berenguer I], obispos e importantes miembros de la nobleza presidió la ceremonia de consagración de la catedral de Vic.*

- A. Vic. ACV, Cajón 37, nº 73.  
B. Vic. ACV. *Liber Dotacionum*, fº 6. Copia del s. XII.  
C. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, nº 24. Copia de 1215.  
D. Vic. ACV. Moncada. *Episcopologio de Vich*, Vol. I, fº 15.  
Ed. Flórez. *España Sagrada*, Vol. XXVIII, ap. XIII, pp. 282-285.  
Ed. Villanueva. *Viage*, Vol. VI, ap. XXVI, pp. 294 -298.  
Ed. Migne. *Patrologia Latina*, Vol. 142, cols 603-608.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, pp.56-58.  
Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 133.  
Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...* p. 226.  
Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera, documento nº 265

Anno Incarnationis dominice millesimo .XXX.º .VIII.º Era millesima .LXX.ª .VI.ª inditione .V.ª Venit dominus Guifredus, sanctae prime sedis Narbonensis archiepiscopus, uir excellentis ingenii et sapientiae singularis, ad sedem beati Petri apostolorum principis aecclesiae Ausonensis, atque cum eo episcoporum suae dioceseos uenerabile collegium, cum katerua premaxima diuersi ordinis clericorum, occurrente simul uarie dignitatis ac utriusque sexus grandi multitudine populorum, ad consecrandam eiusdem sedis baselicam, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli constructam. Agebantur autem haec sub potentatu et presentia domnae Ermessindis, comitissae, diuinae legis operatricis magnifica, suique nepotis domni Raimundi, comitis et marchionis, pueri egregie indolis. Horum uero numerosa kateruatim profluens congeries aduocatorum, et conuentus reuerendorum, quem supra retulimus, presulum, facta sunt instinctu et industria mentisque deuotione paratissima domni Oliuae, prefatae sedis uenerandi pontificis, qui eandem ecclesiam strenuiter a solo ceptam, multisque sumptibus et labore perfectam, diuersis sanctorum pignoribus undecunque contractis, ad sanctitatis cumulum perhornauit, atque cum precellentissimo episcoporum agmine et sacro plebis ordine, diuina se iuante gratia, dedicauit. Denique his, de quo supra retulimus, dominus Guifredus, ecclesiae Narbonensis archipresul eximius, et multimodis laudibus efferendus, pontificum sibi assistentium corus, iocunde celebritatis laudibus perpulcrae solutis, diuinique consumato fine misterii, hanc constitutionis dotem eidem ecclesie contulerunt, eanque perpetua lege ualituram pontificali censura promulgauerunt. In nomine summi et incomutabilis Dei et Saluatoris nostri Ihesuchristi, ego Guifredus, primae sedis Narbonensis archiepiscopus et Oliba, pontifex Ausonensis et Berengarius Elenensis et Guislbertus Barchinonensis et Eriballus Urgellensis et Guifredus Carchassonensis, uno animo et indiuisa sentencia, simul omnes hanc dotem corroborationis sanctae matri ecclesie Ausonensi, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, fundatae et consecrate, concedimus et confirmamus, et ut inrefragabili iuris perpetuitate inconuulsa permaneat, sub diuini nominis obtestatione et nostri ordinis auctoritate, sancimus. In primis eandem ecclesiam statuimus esse omnino liberam. Nec cuiuscunq; seruicij qualibet execuzione

obnoxiam. Omnes ecclesias uel uniuersa predia, quantacunque uel ubicunque quorumlibet fidelium dono sibi iuste concessa uel usque in perpetuum iuste concedenda, libere teneat et secure possideat, ea uidelicet, quae actenus habuit et nunc habet uel quicquid in omnibus mortalium temporibus habuerit. Terciam partem de reditibus ecclesiarum uel siluarum, aut de pratis aut eremis siue rafigis, uel quos huius patriae uulgus tercios absolute uocat, quemadmodum hucusque habuit uel habere debuit, uel etiam pascuarios undecunque habet uel habere debet, ut in perpetuum sine quorumlibet impedimento possideat, confirmamus, et ut semper habeat statuimus. Monetam publicam suae regionis et toloneum de mercatis ipsius loci, et Minorisae, ut semper obtineat, omnimodo roboramus. Interdicimus quoque, iuxta statuta sanctorum cannonum et auctoritatem antiquorum patrum, ut nullus quorumlibet pontificum infra fines ipsius episcopatus ecclesiam consecrare, uel penitentes eiusdem episcopii suscipere, nec eius clericos ordinare presummat, nisi forte presul prenominatae sedis assensum spontanee prebeat. Nemo predia ipsius ecclesiae, ubicunque debita illi nouerit, celare audeat, sed mox ubi cognouerit, ad profectum illius confestim manifestare non plegeat. Nullus princeps, nulla quelibet potestas magna uel parua, nec aliquis cuiuscunque dignitatis aut sexus, aut ordinis homo terminos ipsius episcopatus adbreviare presummat, nec ad damnum prefate sedis quolibet modo transferre uel alienare contendat. Terminus uero totius episcopatus Sanctae Ausonensis ecclesiae incipit a finibus Bergitani et concedit usque in montem qui dicitur Eramala et usque in montem Surroca et uenit usque ad pratum Campi Rotundi uauditque per ipsam serram sicut aquae diuertunt usque ad Gurni. Deinde ascendit ad Petram Lauandi atque per ipsam rupem de Latione descenditque usque in fluum Tezer et peruenit usque ad Plantaticos, qui terminus est inter Gerundensem et terminos Ausoris usque in riuum Ausoris. Concedit quoque per ipsam serram usque in Ierundellam, deinde per ipsam uiam, quae uenit ad Bellam Pollam, et progreditur usque ad terminos qui sunt inter Iohannet et ipsam Elzetam et uenit in finibus Arbutie et inde ascendiit usque ad cacumen Montis qui dicitur Sen et usque ad Calm, quae dicitur Eramala, et peruenit usque in collem Montis Nigri. Deinde ad riuum Congusti uenitque ad castellum Bertillis, et usque super rupem Sancti Ienesii, et inde ad Montem Sancti Saturnini et ad montem Caluum atque inde protenditur usque ad Montem Serratum. Progreditur autem per medios terminos, qui sunt inter marchiam Barchinonensem et Ausonensem, sicut diuiduntur ipse marchiae, et uadit usque in castrum quod dicitur Cheralt et pergit per medianam diuisionem ipsarum marchiarum usque in fluum Sigorim. Similiter ab eo latere, quod superius scriptum est, in finibus Bergitani uadit ipse terminus inter marchiam Ausonensem et marchiam Bergitanensem, sicut diuiduntur ipse marchie, et pergit usque in fluum Sigorim. De ipsa quoque terra uel uniuersis ecclesiis aut parroechiis, uel qualibuscunque prediis, quae ad canonicae eiusdem sedis beati Petri apostoli pertinent, uidelicet, quae hodie iuste possidet uel abhinc per uniuersa tempora iuste possederit uel adquisierit, per auctoritatem beati Petri apostolorum principis, et per ordinem nostrum excommunicamus et interdicimus, excepto quantum frater et coepiscopus noster dominus Oliba soluerit; ut nullus homo cuiuslibet potestatis aut sexus aut ordinis aliquid inde audeat tollere aut alienare, uel ad damnum predictae canonicae quolibet modo transferre uel comutare. Hoc ipsum uero, quod iuris ipsius canonicae fore dinoscitur eo tenore obligamus, ut quemadmodum supra dictum est, quicquid exinde prefatus pontifex Oliba soluerit, solutum permaneat, quicquid soluere noluerit excommunicatum pontificali censura persistat. Igitur hanc uniuersam nostrae constitutionis dotem superius promulgatam perhenni lege ualitaram censemus, omnemque hominem illam obseruantem, et ut stabilis permaneat adiuuantem pro posse, benedicimus, et ut

diuturninatem uitae presentis et perpetuitatem semper manentis obtineat, preobtamus. Statuimus autem sub diuini iudicij obtestatione et anathematis interditione, ut si quislibet homo cuiuscunque potestatis aut ordinis hanc dirumpere uel uiolare nisus fuerit, aut disrumperit aut uiolauerit, hic de parte Dei omnipotentis et beati Petri apostoli, omniumque sanctorum et nostra excommunicatus permneat, et a conuentu sanctae ecclesiae et omnium christianorum alienus existat, tartareisque uinculis innodatus inferorum poenas aeternaliter sentiat. Quod si ab incepto desistat et digna penitudine simul et emendatione satisfaciat, ab hac excommunicatione soluatur. Et hec nostra constitutio inrefragabilis et inconuulsa perpetualiter habeatur.

Actum est hoc in sede beatorum apostolorum Petri et Pauli .II. kalendarum septimbrium. Anno .VIII. regni regis Henrici. Raimbaldus, Arelatensis archiepiscopus. Poncius, Aquensis archiepiscopus.

Scriptum manu Ermemiri, eiusdem sedis canonici et presbiteri, ad uicem Arnaldi Oliuae, pontificis notarii.

Guifredus, sancte Narbonensis eclesie archiepiscopus, qui hanc ecclesiam nostre metropolis dedicaui et sss. (*Cruz*) Oliba, episcopus Sig+num. (*Cruz*) Guislibertus, gratia Dei Barchinonensis episcopus (*cruz*). Eriballus, (*cruz*) episcopus. Arnallus, archipresbiter. Wilielmus, archidiachonus sss. Godeballo de Bisaura. Folco, uicecomite (*cruz*). Reimundus, comes et marchio (*cruz*). Adalbertus, leuita qui et prepositus sss. (*Cruz*) Ermessindis, gratia Dei comitissa. (*Cruz*) Wifredus, gratia Dei Charcassonensis presul (*cruz*). (*Cruz*) Petrus, episcopus (*cruz*). (*Cruz*) Arnallus, episcopus(*cruz*). (*Cruz*) Berengarius, nutu Dei sanctae Elnensis ecclesiae praesul, hec suprascripta confirmo (*cruz*). (*Cruz*) Bernardus, gratia Dei episcopus Coseranensis (*cruz*). Sss Bernardus subscrispsit. Girallus, uicescomes sss.

Ermemirus, quamuis indignus sacerdos, qui in supradicto anno uel die scripsit hec que superius dicta sunt, sub iussu prefatorum pontificum et procerum et comite Remundo et sub sss.

## 136

1038, septiembre, 21

*Ermesèn, condesa, preside el acto de consagración de la seo de Girona.*

- A. Girona. ACG, pergs. ss. IX-XII, carp. 2, nº 45.  
B. Girona. ACG, *Llibre verd* ffº. 106r-107r, ex A.  
Ed. *Marca Hispanica*, ap. 218, cols. 1065-1066, ex B.  
Ed. Sáenz de Aguirre, J. *Collectio maxima Conciliorum omnium Hispaniae et novi orbis* 4, pp. 398-399, Roma 1753-1755,  
Ed. Mansi, J.D. *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, vol. 19, cols. 581-585. Florencia-Venecia 1759-1798. Ed. Flórez. *España Sagrada*. Vol. 43, ap. 29, pp. 432-437.  
Ed. Tejada, J. *Colección de cánones III*, pp. 87-90, Madrid 1859.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 58.  
Cf. Martí, Ramón. *Collecció diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 224.

Quoniam sanctae religionis diuinique, cultus uerum sumumque extat proprium incesperanter, in ofensoque calle ad suaे prouectionis tendere gradum supeditante caterua Deo religiose militantium uirorum, quorum unanimitas inhianter estuat optatum et eternitatis adipisci gaudium, utile duximus et necessarium ut quicunque Christicolarum aeternae beatitudinis cupit percipere regnum, primitus summopere studeat Sanctae Matris Ecclesiae inuiolate corroborando obseruare statum, quae ubiuis terrarum humanae salutis extat initium. Unde quoniam quidem nil in humanis rebus ex omni parti constat perfectum, et ad capascenda eterna, minus idonea inuenitur rationalis anima sorde peccatorum pro extirpanda, effugandaque propagine mortalitatis animae conglutinatae amore temporalium rerum. Conuenit infitus sexus utruisque coetus in Gerundensem urbem ad uenerabilem genitricis Dei Mariae sedis Ecclesiae dedicationem. Quam uero dedicationem Domna Ermessindis, comitissa, Dei amatrix, sanctaeque religionis seruatrix, ac magnificus et uenerabilis sedis prefatae presul, Dominus uidelicet Petrus, undique euocatis aliarum ecclesiarum pontificibus rogauerunt fieri. Dignum siquidem erat ut post consumationem ecclesiae quam caeperant afundamentis decenter renouare, eiusdem dedicationem accelerarent priusquam mors improuisa accideret. Hac scilicet spe ut pro temporali dono ecclesiae domum eternam in celis edificatam interuentu beatae Mariae a Christo postmodum laeti ac securi acciperent bonorum omnium retributore. Nam et domos in quibus qui Deo militare cuperent cannonice uiuerent predicta Ermessindis uenerabilis comitissa frater quoque eius antistes magnificus Dominus uidelicet Petrus, ea spe qua praedictum est domno Raimundo comite ac marchione ex truxerunt. Quibus non solum de rebus ecclesiasticis, sed etiam de suis ad in comune uiuendum ita suffcienter dederunt, ut absque excusatione et in sanctis locis frequentiam habere, et diuinum officium possent peragere. Tali quippe facto immitati sunt dominum qui populo israeli promittens felicitatis gaudia terrenae, priusquam ad haec peruenissent, pauit in itinere, ut maiora se postmodum accepturos certius sperarent, qui iam in eundo suffcienter uitae necessaria percipiebant. Sic sis predicta comitissa Dei timorata, et antistes inclitus frater ipsius cum Raimundo comite clerum ecclesiae ipsius in praesenti uita rebus sustentant necessariis quasi in uia, ut facilius ad promissa perueniant celestia quae dudum per promissionis terram fuerant figurata. Ita etiam tam ipsi quam et predicti pontifices uniuersas prefatae ecclesiae facultates tam et congregationis eiusdem cannonice cum utrumque una sit Ecclesia propter fidei unitatem, et

alterum utriusque diuersum uideatur habere nomen pro melius uiuendi consuetudine, sub benedictionis perpetuae premio confirmauere, et nihil hominus maledictionis uinculo innodauerunt eterne, ut quisquis aliquid prefatae ecclesiae, uel canonicae temptauerit minure, ac presumpserit ui retinere, primitus Dei omnipotentis iram percipiat, deinde ecclesiasticae sit societatis excludens conuentione. Quin etiam possessio ipsius, si quam uidere habetur, cum ipso depereat, itaque ad nihil deueniat cum eis qui tali uisi fuerint patrocinari, ut quandoque infeliciter ipsius infelicem maligni spiritus ingredientem rapiant animam, et cum proditore Domini, et eis qui dixerunt domino Deo recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus, perpetuis estuandi auerni et ignibus concremandus, et uermibus flammiuomis depascendus, nisi priusquam defungatur, resipiscat, et haec quae tulit uel iniuste possedit cannonica satisfactione aut pontificis prenominate sedis uel cleri ipsius assensu uel auctoritate restituerit. Pontificem uero praelibatae sedis, dominum scilicet Petrum, ac sororem ejus Ermessindem, comitissam, necnon etiam dictum eius Raimundum comitem eius nepotem, ut diu, et beate uiuant, Dei clementiam exoramus suplices, quos uere eiusdem ecclesiae nouimus fundatores ac accerrimos defensores, et nunc esse, et affuturos Deum humo tenus expostulamus. His ergo expeditis, quicumque a predictarum rerum rapacitate, sicut predictum est manus continuerit, aut relaxauerit illicita possessione, uel etiam easdem res de suis bonis auxerint, praesentis uitae longaeua comuletur sanitate, et cum luce caruerint presenti, ditentur felicitate celesti. Inter haec uero religiosi Pontifices, dominus scilicet Guifredus sanctae prime sedis Narbonensis archiepiscopus huiusque sedis antistes illustrissimus regalique stirpe satus ac etiam Deo dilectus et populo, summisque uirtutum meritis aequiparandus Oliua, iure pro debito Ausonensis episcopus. Necnon et egregius dominus Heribaldus, Urgellitanus episcopus, atque etiam sanctae religionis amator dominus Bernardus, Cosenanensis episcopus. Praesulque Guilabertus illustris et praeclarus Barchinonensis episcopus, pius in omnibus, hisque pari uoto coniunctus dominus Berengarius, Ellenensis episcopus, similique assensu Guifredus, Carchasonensis episcopus, quim etiam conuersationis bonae fama notus omnibus Arnaldus, Magalonensis episcopus. Admonuerunt sane ut quicumque cupit cum fidelibus caelestis uitae [h]ereditate perfri, nihil de rebus ecclesiae, quae regali seu apostolicali auctoritate, siue per uota fidelium sedi iam dictae sunt collatae, [uel erunt] scriptis, aut collatione quacumque, furtim teneat, aut ui qualiuet minuat, seu quod non optamus sacrilego ausu diripiatur et eos quos furtive, seu dolose nouerit tenere pontifici aut clero eius istius sedis publicare, non differat. Alioqui huius institutionis seuatorem, caelestis patriae optauerunt fieri sortitorem. E contra quippe rebellem in ignibus perpetuis stabilem. Ut uero liquiduis pateat nostrae dispositionis series, nec posteros quadam confusione quicquam de predictis moueat, succinte et compendiose necnon et absolute cuncta ad explicanda utile et pernecessarium duximus, ut concludendo diffiniat. Huius dotis quidem corroboratores. In primis admitimus ut irrefragabili perpetuitate ea quae hac continentur dote, eorum pontificali auctoritate confirmata sub diuina obtestatione eorum sacrati ordinis absque inquietudine permaneant inconuulsa, scilicet, omnes ecclesiae, uel uniuersa predia, quantacumque uel ubicumque quorumlibet Deo deuote militantium uirorum dono iuste sanctae matris ecclesiae sunt concessa, uel in perpetuum absolute erunt concedenda, cum siluis, et pratis, cultis uel incultis, aut horum pascuariis, undecumque habet, uel habere debet aut habuit, siue rafigis, uel monetis aut teloneis, uel piscatoriis, stagnis, aut salinariis locis, uel maritimis piscariis et nauium mercimoniis, siue naufragiis, quae cuncta noscitur habere mater ecclesia iam sepe prenominate sedis, siue in comitatu Gerundensi, uel Bisuldunensi, aut Empuritanensi, necnon etiam Petralatensi, absque

ambiguitate. Verumptamem huius dotis confirmatores hi sunt, uidelicet uenerabilis primae Narbonensis sedis archiepiscopus Guifredus, Oliua Ausonensis sedis episcopus, Arnaldus, Magalonensis episcopus, Berengarius, Elnensis episcopus, Bernardus, Cosoranensis episcopus, Eriballus, Urgellitanus episcopus, Guifredus, Carchasonensis episcopus, Guilabertus, Barchinonensis episcopus. Obsecrante et corroborante ineffabilis pietatis Petro episcopo huius sedis fundatore largissimo. Qui canonum auctoritate fulti hanc conllaundo confirmant, et confirmando obseruare praedicant, sic quidem ut si quis quicquam de prelibatis presumpserit minuere, aut minuendo surripere, aut surripiendo retinuere, Deum primitus flexis poplitibus lacrimabiliter exorantis, ut Dei iram incurrat, et Plutonis regna possideat, et a sacrosanctis matris ecclesiae liminibus sequestratus abscedat, nullamque cum fidelibus portionem obtineat, qui matrem ecclesiam infestis nisibus opprimere captat. Ne uero praeternittam quoddam, et proprium [h]ereditarioque iure perpetualiter possidendum, et ut ita dicam, tertiam partem de supra taxatis refigis, et monetis, aut teloneis uel piscatoriis, stagnis, siue pascuariis, nauiumque mercimoniis, quod actenus uisa est sancta ecclesia possidere in predictis comitatibus regali, siue apostolicali censura. Quibus uero terminibus summa contineatur huius episcopatus patet omnibus, equidem his quatuor comitatibus, Gerundensi, Bisuldunensi, Empuritanensi, Petralatensi, cum eorum finibus, propriisque terminibus. Istius quidem dotis pagina .XI. kalendas octobris.

Facta, et a praedictis Patribus confirmata est anno dominicae quidem incarnationis M<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>VIII. Indictione V<sup>a</sup>. Era .M<sup>a</sup>.LXX.VI. Regni Enrici gloriosi regis .VIII<sup>o</sup>.

Oliua, episcopus(*cruz*). (*Cruz*) Berengarius, epicopus. (*Cruz*) Guifredus, sancte Narbonensis ecclesie archiepiscopus, qui hanc ecclesiam nostre diocesis dedicauit, (*cruz*). (*Cruz*)Petrus, episcopus. (*Cruz*) Eriballus, episcopus. (*Cruz*) Arnaldus, episcopus.

(*Cruz*) Sig+num Ermessendis, comitissae, quae eadem die ad honorem Dei et matris ecclesiae crescentas auri contulit uncias ad auream construendam tabulam (*Cruz*).

1039, febrero, 9

*La condesa Ermesèn renunció a sus derechos sobre el alodio de Heures. De esta manera, los ejecutores testamentarios del conde Berenguer [Ramon I] pudieron donar dicha propiedad a la seo de Vic tal y como había sido fijado en su testamento.*

A. Vic. ACV, caj. 9, *Episcopologio*, II, nº 44.

Cf. Bofarull, *Condes vindicados*, Vol. I, p.251.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, documento nº 128.

In Dei nomine. Ego Heriballus, gratia Dei episcopus, et Gonballus de Besora et Bernardus Guifredi, nos qui sumus helemosinarii de quondam Berengario comite. Certum quidem et manifestum est quia precepit nobis iam dictus comes, ut scripturam donationis fecisset ad domum Sancti Petri Sedis Ausonensis, de ipso suo alaude quod ille habebat in predicto comitatu Ausonense, in locum quem dicunt Ederas, sicuti et facimus. Quod ei euenit per genitorem uel per qualicumque uoce. Et est ipsud alaude, casas, casalibus, cortis, cortalibus, terris et uineis, cultum et heremum, arboribus pomiferis et impomiferis, et pascuis, et siluis, et pratis, et garricis, uel quantum ad ipsum alaudem pertinet omnia in omnibus, cum exiis et regressiis earum, et cum omnibus earum afrontationibus. Quantum ergo ad predictum alaudem pertinet cum omnibus suis terminis, sic donamus nos predicti helemosinarii ad predictam ecclesiam Sedis Sancti Petri, uel ad ipsam canonicam eiusdem Sedis. Ego uero Ermessindis, gratia Dei comitissa, quantum ad me pertinet, uel quantum ibidem habere debeo totum ibi concedo, sine ulla retinentia. Et nos, suprascripti manumissores, quantum ad nos pertinet, per ipsam manumissoriam totum ab integrum ibi concedimus uel donamus. Quod si nos donatores aut ulla persona hominum uenerit contra hanc scripturam donationis ad inrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod petierit, sed ueniat supra ipsum maledictionem Dei, et extraneus fiat aliminibus sancte Dei ecclesiae, et particeps sit cum Iuda traditore; et insuper quo hactenus legibus predicte ecclesie quadruplum componat. Et inantea haec donatio inreuocabiliter firma et stabilis perseueret modo uel omni tempore.

Facta hec carta donationis .V. idus febroarii, anno .VIIIº. regni Enrici regis.

Sig+num Ermessindis, gratia Dei comitissa. Eriballus, episcopus, (*cruz*). Sig+num Gonballus de Besora. Sig+num Bernardi Guifredi, nos simul in unum qui hanc donationem fecimus et firmauimus firmarie rogauimus.

ISARNUS, YPODIACHONUS, qui hanc cartam donationis scripsit, et sub sss in prefato die uel anno quod supra.

1039, julio, 23

*Ermesèn y su nieto Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona donaron al monasterio de Sant Llorenç del Munt el alodio de Ullastrell, su iglesia, diezmos y pertenencias, el alodio de Castellar, el alodio situado entre los términos de “Terracie”(Terrassa), “Lacera” (Sant Llorenç Savall), “Sancti Minati” (Sentmenat), “Arraona” (Arraona), “Riorubio” (Rubi) y “Oleastrello” (Ullastrell) y las primicias y tascas del bosque situado sobre la villa de “Mata de Pera” (Matadepera).*

A. Barcelona. ACA, Monacales, carp. 2, perg. nº 125.

B. Barcelona. ACA. Monacales de Hacienda, Vol. 802 ffº. 3-4.

Ext.: Montserrat. Archivo de la Abadía de Montserrat, *Speculo* fº 2v-3.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. II, documento nº 290.

In nomine Domini. Ego Ermessindis, gratia Dei potens commitissa, simul et Reimundus, nutu diuino commes et marchio, filius condam Berengarii diue memorie commitis atque marchionis, donatores sumus Beato Laurentio almo martiri, cuius monasterium situm est in cacumine excelsiori montis supra Terracia. Per hanc scripturam donationis donamus predicto coenobio alodium nostrum proprium, ipsam scilicet uillam quae dicitur Oleastrello cum ipsa ecclesia iam dicti Oleastrelli cum decimis et primiciis et oblationibus earum, terris namque et uineis, casis et curtibus cum solis et superpositis, ortis et pratis ac pascuis, siluis et garris et cum omnibus diriuationibus aquarum earumque decursis, cultum quoque et eremum, pronum et plenum, quantum pertinet ad predictam uillam Oleastrelli uel quantum ibi tenuit et possedit condam Senegundis femina per quascunque uoces. Et in alio loco donamus predicto coenobio Sancti Laurenti ipsum castrum de Castelar et in ipsum alodium de Castelar, in terris et in uineis, in casis et in curtibus, in pratis et in pascuis, in siluis et in garris, in molinis et in aquarum decursis, in cultum et in eremum, in pronum et in plenum, in omnia et in omnibus et in omnem ipsum, alodium, quod est infra terminos Terracie et de Lacera et de Sancti Minati et de Arraona et de Riorubio et de Oleastrello, quod pertinet ad predictum Castelar cum omnibus illorum afrontacionibus, quantum scilicet ibi emi ego Ermessindis, predicta comitissa, de Guilelmo Monte Catanensi atque de uxore eius nomine Adaledis. Et in alio loco donamus simul predicto coenobio Sancti Laurenti ipsas decimas et tascas atque primicias cum ipso boscho de Terracia, qui est super ipsa uilla de Mata de Pera, totum ab integrum. Sunt namque predicta haec omnia in comitatu Barchinonensi in uariis locis positti et aduenerunt nobis per comparatione iam dicti Guilelmi Montis Catanensi et per comparacione uxoris illius Adaledis supradicte sine per ullaque uoces. Afrontat enim predicta omnia de Oleastrello cum ipsa ecclesia Oleastrelli predicti; de parte orientis in ipso termino castri Riui Rubensis et protenduntur usque ad ipsum terminum Castri Episcopalis sedis Sanctae Crucis, de meridie in iam dicto Castro Episcopale et uadit inde usque ad terminum de Voltrega ad ipsum, scilicet, locum de ipsa aqua de Masurges, de occiduo in ipsa aqua de Masurges et per uadit usque ad ipso riuo de Mazanes et ascendit per terminum de Oulesa usque ad terminum de Terracia, de circio in termino de iam dicta Terracia et protenditur usque in termino iam dicti castri Riui Rubensis. Et ipsa donatio de predictas decimas et tascas atque primicias cum supradicto boscho afrontat de parte orientis in ipso boscho Sancti

Laurenti predicti, de meridie in termino de ipsa uilla de Mata de Pera, de occiduo in ipsa serra de Lodmon uel in ipsa speluncha de Achilela, de circio in ipsa speluncha de Venceuala usque ad ipsos curtilos de Fornels protendendo. Quantum iste afrontationes uel termini includunt, sic donamus supradicta omnia predicto coenobio Sancti Laurenti totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum, pro redemptione animarum nostrarum ac remissione peccatorum sine pro anima domni Reimundi, bone memorie condam potentissimi marchionis seu etiam et pro anima Berengarii, condam commitis filii eius predicti. Et est manifestum. Ut in Dei nomine ab ac die et deinceps libere et potencialiter serui Sancti Laurenti predicti et omnes successores eorum teneant suprascripta omnia ad ius proprium Sancti Laurenti predicti et in perpetuum possideant. Quod si nos donatores aut aliquis cuiuscunque persone homo contra hanc cartam elemosinariam uel largitionis uenerimus aut uenerit pro intrumpendum aut eam disrumpere uoluerimus aut disrumperit, non hoc ualeamus aut ualeat uendicare set componamus aut componat suprascripta omnia in duplo cum sua melioratione. Et inantea hec donatio firma et stabilis permaneat semper et omni tempore.

Facta carta elemosinaria uel largitionis .X. kalendas augusti, anno .VIII. regni Henrici regis.

Sig+num Ermessindis, gratia Dei commitissa. Reimundus. Sig+num Reimundi, gratia Dei commitis et marchionis, qui hanc cartam elemosinariam fieri iussimus et firmauimus atque testibus firmari rogauiimus.

Reimundus. (*Cruz*) Bernardus. Sig+num Amati Oldrici. S+ Guilelmi, sacerdoti. Sig+num Guilelmi Borrelli. Sig+num Udalgeri Bonucii. Sig+num Berengarii Reimundi. (*Cruz*) Petrus, leuita. Sig+num Gonballi Bisorensis. Sig+num Arnalli Bonucii. Sig+num Guilelmi. Sig+num Guitardi Bonucii. Sig+num Bernardi. Sig+num Guadamiri Guiiuonsi. Sig+num Bonifilii. S+ Gerbertus (*cruz*). Sig+num Umberti. S+ Erouigius, sacer(*cruz*).

Guifredus, sacer et monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

## 139

1039, septiembre, 12

*Ermesèn actuó junto a otros importantes hombres como albacea testamentaria de Bernat Rovira quien donó a la canonjía de Sant Pere de Vic un alodio situado en Boadella.*

[A] Original perdido.

B. Vic. ACV. *Liber Dotationum*, fº 142. Copia siglo XIII

Cf. Pladevall, Antoni. <<Els orígens de la família Montcada>>.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatario i escrits literaris...*, documento nº 141.

In nomine Domini. Nos Oliba, episcopus, et Eriballus, episcopus, necnon et domna Ermessindis, gratia Dei comitissa, atque Poncius caputscole et Arnallus, archipresbiter, et Reimundus, archileuita, uel Udalgarrii, qui sumus elemosinarii de condam Bernardi Ruuiri, donatores sumus ad ipsam canonicam Sancti Petri ecclesie Ausonensis Sedis Vico. Manifestum est enim quia precepit nobis condam Bernardi, ut scripturam donacionis fecissemus, ad canonicam prescriptam sicuti et facimus de ipsum suum alodium quod ille in comitatu Minorise habebat, in locum quem dicunt Buadella, Id est, turre, cum manso et molino, et terciam partem de alio, casas, curtes, terras et uineas, cum tinas uel tonnas, et cum cuncta alia omnia quod prescriptus condam Bernardus ibi habebat, tenebat uel possidebat, totum ab integrum, quantum dici uel nominari potest; ut ipse episcopus et canonici intercedant pro illum ad Dominum, et ut ipse episcopus eum absoluat. Et est ipse alodium in comitatu Minorise, et habet affrontaciones de oriente in Pui de Auro, de meridie in ciuitate Minorisa, de occiduo in castro Sancti Mathei, de parte uero circii in castrum Sorisa. Quantum iste tote affrontaciones includunt, sicut superius scriptum est, sic donamus nos iam dicti elemosinarii suprascriptum alodium, cum terminis et affrontacionibus suis, et exiis uel regressiis earum, totum ab integrum, omnia et in omnibus, sicut superius scriptum est, et sicut predictus Bernardus nobis iniunxit, uel comendauit, et nos asserie condicionis pariter iuratum uel probatum habemus, ordinantibus iudicibus sicut lex est, ut canonica Sancti Petri Sedis Vico semper possideat hoc, sine inquietudine ullius hominis. Quod si nos donatores aut ullus homo uel femina qui contra ista donatione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, set cum Iuda Scariot partem obtineat in inferno, et insuper in duplo componat cum omnia sua melioracione. Et inantea ista donatione in omnibus obtineat roborem.

Facta ista donatione .II. idus septembbris, anno .VIII. regni Henrici, rege.

(Cruz) Ermessindis, Dei gratia comitissa. Sig+num Udalgarrii. Oliba, episcopus, S+. Arnallus, archipresbiter, sss.

Adrouarius, leuita, qui ista scriptura donationis scripsit rogatus, die et anno quo supra.

**140**

1039, noviembre, 2

*Ermesèn, << [...] qui michi aduenit per impignorationem et propter mea regia potestate aut per ellas [quae] uoces [...] >>, vendió al matrimonio Guifred y Guisla un alodio con tierras y casas próximo a Sant Iscle de Bages.*

A. Barcelona. ACA, Monacales, pergs. Sant Benet de Bages, carp. 6, nº 256.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 59.

Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p. 224.

In Dei nomine. Ego Ermessindis, gratia Dei comitissa, uinditrice sum uobis Guifredus et uxor tuae Guila emptores. Per hanc scriptura uinditionis meae uindo uobis kasas in duos loccos et terras cultas uel ermas et modiata una de uinea qui michi aduenit per impignorationem et propter mea regia potestate aut per ellas [quae] uoces. Et est ipsa haec omnia in chomitatum Minorisa, in campo Bages, propter domum Sancti Aziscli et affrontad de orientis in strada publica, de meridie in domum Sancti Aziscli, de occiduo in uinea de Ermomir, de circi in alaude de Gersins. Quantum in istas .III. afrontationes includunt, sic uindo uobis ipsa haec omnia tota ab integrum, cum exios et regressios earum, in propter precium uncias .II. de auro. Et est manifestum. Quod si ego uinditrice aut ullusque omo contra hanc ista carta uinditionis uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uindicare [sunt] et componat uobis in duplo cum suam immeliorationem. Et inantea ista carta uinditionis firma permaneat omnique tempore.

Facta carta uinditionis [III] nonas nouembris, anno .VIII. regnante Aiarigo rege.

Sig+num Ermessindis, qui ista carta uindicione fecit et firmare rogauit. Sig+num Eribaldus.

Sig+num Chom pang. Sig+num Arnall. Sig+num Amad.

[.....], sacer, scripsit et sss die et anno quod supra

1040, junio, 3

*La condesa Ermesèn aparece como signataria en el documento donde se recoge la donación realizada por Otger, abad de Sant Llorenç del Munt, a favor de Amill y de su esposa.*

[A] Original perdido.

B. Montserrat. AM, Plandolit año 1039.

Montserrat. AM, *Speculo* 4 (Terraça) nº 45.

Cf. Ferrando, *Sant Vicenç* 35 (cita *Speculo*).

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. II, documento nº 300.

In nomine Domini. Ego Odgarius, gratia Dei abba, cum cuncta congregacione monachorum Sancti Laurentis coenobii donatores sumus tibi Amelio et uxori tue Garduze. Per hanc scripturam donacionis donamus uobis alodium Sancti Laurentis predicti legitime franchum, casa, uidelicet, cum solos et superpositos siue casalibus cum omnia uascula qui ibidem sunt maiora cum minora, terras namque et uineas pariter et trilias cum arboribus diaersi generis, cultum pariter et erenum prouumque et planum, regos et subtus regos cum deriuacionibus aquarum earumque recursis. Sunt autem predicta omnia in duos locos separata in comitatum Barchinone in termino de Iuncheres siue in termino Terracie, et in alio loco infra termino Terracie in Rio Mulnello. Habet namque afrontaciones predictum alodium quod est in termino de Iuncheres siue in termino Terracie in locum quem dicunt Sobrarbar siue in Porzanos de parte orientis in alodio Sancti Laurentis predicti siue in alodio de filiis Luponis condam, de meridie in torrente siue in alodio Bonucii Iohanis, de occiduo in alodio predicti Bonucii, de circio in alodio Sancte Marie cenobii Riopulli et in alodio predicti Bonucii siue in alodio Sancti Laurentis predicti. Et ipsum alodium, quod est in Rio Mulnello, afrontat de oriente in torrente, de meridie in alodio commitale, de occiduo in alodio quod fuit de Guitero condam, de circio in alodio similiter predicti Guitero. Quantum iste afrontaciones includunt, sic donamus uobis predicta omnia totum ab integrum cum exiis et regressiis earum. Addimus etiam uobis in ac donacione ostalliatas duas in Oleastrello cum omne illarum censum, moltonos uidelicet duos et sestarios .III. ordei et .III.or sestarios uini et sestario .I. frumenti, ad qualem mensura homines ipsi dare debent, pro beneficio quod prescriptum alodium uos predicto coenobio donastis. Donamus autem uobis prefata omnia eo conuentu atque racione, ut uos ambo, dum uiui fueritis, teneatis predicta omnia sine blandimento ullius hominis uel derupcione et per unumquemque annum pro recognitione donetis libram unam de cera predicto cenobio, post mortem uero uestrum amborum, solida et libera remaneant utraque omnia predicta predicto cenobio Sancti Laurentis absque ulla inquietudine. Quod si nos donatores aut aliquis ex successoribus nostris siue cuiuscunque persone homo contra hanc cartam donacionis uenerimus aut uenerit pro intrupendum aut eam disrupterit, non hoc ualeamus aut ualeat uendicare set componamus aut componat uobis cum sua melioracione. Et inantea firma et stabilis permaneat et semper inconuulsa.

Facta carta donacionis .III. nonas iunii, anno .VIII. regni Henrici regis.

Odgarius, gratia Dei abba *sss.* (*Cruz*) Ermessindis, gratia Dei commitissa. Undisclus, monachus. Reimundus, monachus (*señal*). S+ Ermumirus, monachus. Remundus Seniofret, monachus. *Sss* Amatus, monachus. S+ Ato, monachus. S+ Ballomarus, monachus. S+ Poncius, monachus. *Sss* Guitardus, monachus. Petrus, monachus. Ioannes, monachus. Miro, monachus. Reimundus, monachus. S+ Gerallus, monachus. Guifredus, sacer et monachus, qui hanc cartam donationis scripsit et sub *sss* die et notato tempore cum litteras fusas et emendatas in linea .*III.* et .*VIII.* ut supra.

1040, octubre, 22

*Ermesèn es elegida albacea testamentaria por Eribau, obispo de Urgell, quien temiendo próxima su muerte dictó sus últimas voluntades.*

A. Girona. ADG, Pia Almoina, Fornells nº 40.

B.Urgell. ACU, Liber dotaliorum ecclesie Urgellensis, vol. I, ffº. 20 r-v, doc. 27.Copia del s. XIII, ex A ?.

Ed. Botet, J. <<Testamento de Eriballo, obispo de Urgel>>, *Revista de Gerona*, nº 9 (1885), pp. 248-254 ex. A.

Ed. Baraut, Cebrià. <<Els documents dels anys 1036-1050, de l'Arxiu Capitular de la Seu d'Urgell>>, *Urgellia* 5 (1982), ap. 527, pp. 63-66, ex A-B.

Ed.Baraut, Cebrià. <<Documents del segle XI>>. *Urgellia*, Vol.V, documento nº 527.

Ed. Martí, Ramón. *Col.lecció diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 233.

Ed.Feliu, Gaspar -Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 286.

In Dei omnipotentis Patris et Filli et Sancti Spiritus nomine. Ego Heribaldus, gratia Dei episcopus licet indignus, timens ne mortis mihi contingat euentus, ordino de meis rebus. Idcirco precor amicos meos suscriptos ut, si mors mihi contigerit antequam alium faciam testamentum, sint mei aduocati elemosinarii in comitatibus Gerunde, Ausone, Minorise seu Cardonae atque Urgelli necnon et Barchinonae Ermessindis, comitissa et Raimundus, archidiaconus Gerundensis et Guilelmus, abbas Sancti Vincentii Cardonensis et Adalbertus Seniulfi et Bonifilius de Falcs et de comitatu Urgellensi dominus Arnaldus Mironis et Erimannus Mironis et Senfredus sacrista et Aureolus, clericus. Isti supradicti sint elemosinarii atque distributores facultatum ac rerum mearum sicut ordino, et eis per istud testamentum iniungo. In primis dimitto sedi Urgellensis ecclesiae beatae et gloriosae uirginis Mariae seu eius canonicae alodium de Tenes cum fisco et parrochia ipsa et cum omnibus sibi pertinentibus. Et si quis de proximis meis uoluerit tollere aut tulerit aut tolli mandauerit, aut quocumque modo contradixerit, per quod faciat perdere, emenddet in duplum predice sedi et canonicae de mea hereditate. Deinde dimitto sedi Gerundensi ecclesiae sacrae et perpetuae uirginis Mariae eiusque canonicae alodium de Pera, quod fuit quondam Bremundi pro anima eiusdem. Ipsius ecclesiae quoque Sancti Vincentii, quae est apud castrum Cardonae; dimitto alodium de Fornells ab integro atque alodium quod est in Colonico, quod fuit Raustani clerici, post mortem iudicis Guifredi, atque alodium de Palatio ab integro, id est, terras et uineas cum .IIII or. molinis, quae sunt ad ipsum collum, et omnes uineas et terras quas emi intra terminos castri Cardonensis. Et intra terminos castelli Mulsose primicias et decimas alodii fui de Prats. Et monasterio Sancti Petri Castro Serris, ecclesiam Sanctae Mariae Ville Nouae, cum primitiis et decimis, et offerendis caeterisque oblationibus, et alodium prati Narbonensis quod erit Amalrici de post mortem Eralli. Et monasterio Sancti Benedicti apud Baias, alodium de Calcina, post mortem Eralli. Cenobio etiam Sanctae Mariae Riupolcentis uineas quas Bremundus frater meus reliquit ei per suum testamentum. Et ecclesiae Sancti Vincentii de castro Falcs duas modiatis uinearum ad ipsum gradum. Et Erallo Guadalli, alodium de Villari, et alodium quod in Samaluz comparaui, post mortem uero eius remaneat ecclesie de castro Tagamanent ad uictum clericorum eius. Meum autem mobile quod habeo apud Gerundam presbiteris eiusdem sedis Sanctae Mariae, ut intercedant ad Dominum pro me, et annonam quam

habeo in Fornellis cum porcis et uolatilibus canonicae sedis predicte Sanctae Mariae. Et de blato quod habeo in castro Lupeti modios .V. canonicae Sancti Petri sedis Vici, et alios .V. de monasterio Sancto Petri de Castro Serris, et presbiteris qui sunt intra terminos iamdicti castri, quartas singulas. Et annonam quam habeo apud castrum Tagament, ecclesiae eiusdem clericis, et de annona quam habeo in Cardona .C. modios canonicae Sancti Vincentii et .L<sup>a</sup>. in elemosinis pauperum. Et annonam quam habeo in marchia Segaruae, clericis qui sunt in mea terra in eadem marchia quartas singulas. Et annonam quam apud Sanauiam, habeo et Iessonam atque Celsonam singulos modios ad eorundem locorum clericos. Aliud autem quod remanet simul cum ipso uino, et tonnis, et cubis, atque ciubus, et cum omnibus quaeque inuenta fuerint, tam in predictis locis, quam in omni episcopatu Sanctae Mariae, excepto hoc quod nominatim aliud precepero, totum distribui iubeo canonicae Sanctae Mariae Sedis Vici episcopatus mei. Et caldere quas habeo in Sanauia seu in predicta Sede, cum urceolis et concisex earamento remaneant ipsius Sedis canonicae. Superpellitium quoque meum cum pellitia remaneat Aureolo iam dicte Sedis clero, Presbiteris uero eiusdem Sedis distribuantur alii mei panni atque indumentum quatinus pro me quotidie precentur Deum. Anulum quidem qui fuit comitis Ermengaudi iubeo dari episcopo meo successori ut remuneret oratione sui animam meam comitisque Ermengaudi. Anulum autem qui fuit Arnaldi Mironis, detur Oliuae episcopo sedis Ausonensis. Anulum cum petra Alba qui fuit comitis Ermengaudi, dimitto episcopo Gerundensi. Anulum quoque habens petram rubeam episcopo Barchinonensi. Anulum insuper in quo est caput hominis signatum episcopo Ripacurcensi. Et alodium de Fornelets cum ipso de Villa Rubea sint prodebito quod debeo manumissoribus Bernardi Ruir seu pro aliis debitibus, et pro debito Guifredi iudicis Gerunde, et castrum de Lanera post mortem Guifredi Ellemari, si legitimum filium non habuerit, sit canonicae sedis Sancte Marie episcopatus mei. Et ipsum uicecomitatum de Ausona simul cum castro de Cardona ,et castro de Alos, et cum omnibus meis aliis castris, omnique meo honore, simul cum omnibus fiscis et alodis quae habeo in cunctis locis simul cum castris et parrochiis, excepto hoc quod supra testatum est et excepto hoc quod subter hic testatum est et excepto episcopatu quod teneo, et excepto archidiaconatu sedis Gerundae, et excepto castro Colonico cum eius castellania et terras, dimitto Raimundo fratri mei Fulconis filio. Quem cum suo honore in potestatem Dei et sanctorum eius et in bauliam domni Arnalldi Mironis laxo. Alteri autem filio fratri mei Fulconis qui minor est, quem nutrit Bonifilio de Falces, dimitto castrum de Colonico cum castellania et cum omnibus quae sunt intra castellaniam. Sed si quis de istis fratribus mortuus fuerit non relinquens filium legitimum omnem suum honorem alteri qui superstes fuerit dimittat. Quod si ambo mortui fuerint absque legitimis filiis omnis eorum honor Heribaldo Amaltrudis meae sororis filio remaneat. Et si eundem Heribaldum mori contigerit, dimittat omnem suum honorem alteri suo fratri Guitardo et, si ipse mortuas fuerit, dimittat omnem honorem suum fratri suo qui eum superuixerit. Similiter quisquis ex ipsis moritur absque dubio relinquat omnem saum honorem alteri qui eum superuixerit. Sed quicumque eorum ipsum honorem adquisierit atque habuerit usque ad .Xm.IIIIor. aetatis suae annos sit cum ipso honore in baulia supra dicti Arnaldi Mironis. Pannos autem meos quos habeo apud Cardonam cuiuscumque sint speciei, dimitto domni Sancti Vincentii eiusdem castri, et candelabra mea cum conca et urceolo argenteo, Sanctae Mariae mei sedi dimitto. Praeter haec quecumque de meis rebus mobilibus inueniri possint omnia donentur ecclesiae Sancti Vincentii Cardonensis oppidi, exceptis uestimentis quae donentur pro meis debitibus simul cum predicto aledio quod iam habeo

dimissum pro debito siue Bernardi Ruir manumissoribus seu pro illo debito quod Guitredo iudici Gerundensi debeo uel aliis quibus libet quibus debitor sum.

Unde precor suprascriptos omnes manumissores quos aduocati et contestor eos per omnipotentem Dominum uiuorum ac mortuorum ut si mors me occupauerit non tardent distribuere omnes facultates meas ita sicut institui et per istud testamentum ordinaui. Quod si tardauerint et per aliquam fraudem aut negligentiam infra .VI. menses sacerdoti uel testibus secundum legem non puplicauerint, in hoc presenti seculo et futuro eterni districti iudicis condempnentur iudicio. Insuper autem quecumque persona huius testationis mee ordinationem ruperit aut fecerit rupi, mutauerit aut fecerit mutari, minuerit aut fecerit minui, falsauerit aut fecerit falsari, excommunicationis sententia feriatur perenni et anatematizatus sortiatur similem penam cum Iuda proditore Domini in profundissimo stagno inferni.

Actum est autem huius testamenti scriptum .XIº. kalendas nouembris, anno .Xº. regnante Henrico rege.

Sig+num Arnaldi Mironis. Sig+num Senfredi de Cardona. Sig+num Onofredi Dachonis. Sig+num Bonifilii de Falcs. Wilelmus, abba Sancti Vincencii. Eriballus, episcopus (*cruz*).

Borrelus, scolasticus, hoc testamentum scripsit die et anno quod supra sss.

[c.1041- c.1043]

*Mir, hijo de Ermengarda, juró fidelidad a Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona, en todos sus territorios, incluido el condado y ciudad de Girona, lugar donde respetaría la autoridad de la condesa Ermesèn hasta su muerte.*

- A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp 20, nº 81.
- B. Barcelona. ACA Cancillería, pergs Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 81 dupl. Copia del siglo XII.
- C. Barcelona. ACA, Cancillería, *Liber Feudorum*, fº 322. [Copia de final de siglo XII perdida.].
- Ed. Carreras Candi, *Lo Montjuich*, doc. 14.
- Ed. Rosell, Miquel. *Liber Feudorum*, I, doc. 297.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 61.
- Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep Mº. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 307.

Iuro ego Mir, filiuus qui fui de Ermeniadis femina, quia de ista hora inantea fidelis ero ad Reimundo, comite Barchinonense, filius qui fuit de Sancia, comitissa et ad Helisabet, comitissa de ista hora inantea, sine fraude et malo inienio et sine deceptione de iam dicto Reimundo et predicta Helisabet, comitissa. Ego Miro suprascriptus de ista hora inantea no dezere iam dicto Raimundo, comite, neque iam dicta Helisabet ,comitissa, de ipsa ciuitate que dicunt Barchinona, neque de ipso comitatu que dicunt Barchinonense, neque de ipsa marcha de Barchinona, neque de ipsa ciuitate que dicunt Minorisa, neque de ipso comitatu que dicunt Ausona, neque de ipsa ciuitate que dicunt Gerunda, neque de ipso comitatu que dicunt Gerundense, post mortem Ermessindis, comitissa, neque de ipsos castros et castellos, neque de ipsas rocas et puios, neque de ipsa terra qui infra ipsos comitatos sunt uel infra illos terminos de predictos comitatos. Ego Miro suprascriptus de ista omnia suprascripta no'ls en tolre ni non o lo tolre ad Raimundo suprascripto nec ad Elisabet suprascripta, nec ego Miro suprascriptus, nec homines nec feminas per meum consilium neque per meum ingenium. Adiutor ero ego Miro suprascriptus de ista omnia suprascripta ad tener et abere ad Raimon suprascripto, et ad Elisabet suprascripta contra cunctos homines aut hominem, feminas aut feminam, ad Raimon et Elisabet suprascriptos tollere uoluerint aut tulerint ista omnia suprascripta aut de istis omnibus suprascriptis. Sicut superius scriptum est, si o tenre et o atenre ad Raimon et Elisabet suprascriptos ego Miro suprascriptus, sine malo ingenio et sine decepcione de predicto Raimundo et Elisabet suprascripta, si o tenre et o atendre. Sic me adiuet Deus et ista merita sanctorum. Et ipsa ciuitate de Olerdola, simul cum ipsos castellos uel castros qui in ipsa ciuitate sunt aut inantea erunt, siue ipsam estaticam quod comes debet ibi abere, ego suprascriptus Miro non uos o tolre ne uos en tolre ne no uos o deuedare ad te Raimon et Elisabet suprascriptos, nec ego, nec homo nec homines, femina uel feminas, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si fuerit homo uel homines, femina uel feminas, qui a uos suprascriptos Raimon et Elisabet tollere uoluerint aut uolerint, tollere aut tulerint, aut deuedauerit uel deuedauerint, suprascripta omnia aut de suprascriptis omnibus, de ipsis uel de ipso unde me comonueritis, societatem non habebo cum ipsis uel cum ipso, aut ipsis uel cum ipsa, donec supradicta omnia in integrum recuperauissetis.

[c.1041- c.1043]

*La vizcondesa de Cardona, Guilla, juró fidelidad a los condes de Barcelona Ramon [BerenguerI] y su esposa Elisabet en todas sus posesiones menos en aquellas propiedades que eran de Ermesèn en los condados de Barcelona y Osona así como el derecho de estancia en el castillo de Tagamanent.*

A.Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº. 66.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº.66 dupl. Copia del s. XII.

[C]. Barcelona. ACA, Cancillería, *Liber Feudorum Maior*, fº 224. Copia de final del segle XII perdida.

Ed. a. Miquel Rosell, *Liber Feudorum Maior*, I, doc. 202.

Cf. Bofarull, *Los condes...*, vol II, p. 21

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 368

Iuro ego Gilla, uicecomitisisa, ad te Raimundo, comite Barchinonensis et ad uxor tua Elisabet, comitissa, quod de ista hora inantea fidelis uobis ero, sine fraude et sine malum ingenio et sine ulla decepcione. De ista hora inantea, ego Gilla, uicecomitissa, non dezebre Raimundo, comite Barchinonensem, neque Elisabet, comitissa, de illorum uitas, neque de illorum membris que in illorum corpus se tenent, neque de ipsa ciuitate que dicunt Barchinona, neque de ipso comitatum que dicunt Barchinonensem, neque de ipsa ciuitate que dicunt Minorisa, neque de ipso comitatu que dicunt Ausoniam. Et ego Gilla suprascripta, ista omnia suprascripta no la tolre ne'lls en tolre. Adiutor ero ego Gilla suprascripta istis meis senioribus suprascriptis, ista omnia suprascripta ad tenere et ad habere contra cunctos homines uel hominem, feminas uel feminam, qui ad istis meis senioribus suprascriptis, tollere uoluerint ista omnia suprascripta, aut aliquit de ista omnia suprascripta, exceptus quantum Ermesendis, comitissa, hodie tenet in comitatum Barcinonensem et in comitatu Ausonensem et ipsa statica de castro de Tagamanente, que Raimundus, comes, ibi [.....] successoribus suis. Ego Gilla suprascripta no la deuedare ad istis meis senioribus suprascriptis.

[c.1041- c.1050]

*Juramento de fidelidad prestado por Sunifred y Guisad a los condes de Barcelona Ramon [Berenguer I] y Elisabet. A su vez ambos reconocían la autoridad de la condesa Ermesèn en la ciudad y condado de Girona que respetarían hasta su muerte.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº. 77.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº. 77dupl. Copia del segle XII.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera, documento nº 377.

Iuro ego Seniofredus et ego Vuisadus quod de ista ore inantea fideli erimus ad Reimundo, commitem Barchinonensem, et ad Helisabet, comitissa, coniugem suam, sin fraude et malo ingenio et sine ulla discepione. Et ego Seniofredus [et ego V]uisadus iam suprascripti non dezebrem Reimum ne Helishabet suprascriptos de, illarum uitas neque de illorum membris que in corpus illorum se tenent, neque de ipsa ciuitate que dicunt Barchinona, neque de ipso commitato que dicunt Barchinonensem, neque de ipsa ciuitate que dicunt Minorisa, neque de ipso commitato que dicunt Osona, neque de ipsa ciuitate que dicunt Gironda, neque de ipso commitato que dicunt Girondense, post morte Hermesindes, commitissa, neque de omnia quod hodie habent et inantea cum meo consilio adquisierint. Et nos Seniofredus et Vuisadus suprascripti ista omnia suprascripta adiutores erimus ad tenere et ad abere ad Reimundo, commite et ad Elisabet, commitissa, contra cunctos homines ad hominem, feminas ad feminam, que ad Remun et ad Helishabet iam dictos ista omnia suprascripta ad de ista omnia suprascripta tollere uoluerit ad uoluerint, tulerit aut tulerint, unde Reimundus iam dictus et Helishabet iam dicta nos iam dictos communuerint, per se ipsos aut per illorum missos aut missos. Et de ipso adiutorio no los enganna[rem] ni comonir no nos enuedarem.

Sicut superius scriptum est, si o tenre et o atendre ego Seniofredus suprascriptus et ego Vuisadus suprascriptus ad Reimundo, commite suprascriptum et ad Helisabet, commitissa suprascripta, sine illorum engan, exceptus quantum Raimundus suprascriptus et Helisabet suprascripta nos en absoluran per illorum gradiente animo et sine forcia.

## 146

[c.1041- c.1050]

*Humbert de Cervelló, hijo de Eliarda, juró fidelidad a los condes de Barcelona Ramon [BerenguerI] y Elisabet, en todos sus territorios salvo en Girona, Clera, Apierola y Ribatallada, donde respeterían la autoridad de la condesa Ermesèn.*

- A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 83.  
B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 83 dupl. Copia siglo XII.  
Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup>. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol.II. Fundació Noguera, documento nº 382

De ista hora inantea fidelis ero ego Umbertus, filius qui fui Elliardis femina, ad Raimundo, comite Barchinonense, seniore meo et ad Elisabeht, comitissa, coniugem suam, sine fraude et malo ingenio, et sine ulla decepcione, et sine engan, et ego Umbertus suprascriptus de ista hora in ante, no dezere Raimundo suprascriptum nec Elisabet comitissa, de illorum uitas, nec de illorum membris, que in corpore illorum se tenent, neque de illorum ciuitates aut ciuitatem, neque de illorum comitatibus et terris, neque de illorum castris et castellis, neque de illorum roches et pugos, condirectos aut ermos, terram aut honorem, alaudes aut feuos, quod hodie habent, et inantea adquisituri erunt. Et ego Umbertus suprascriptus ista omnia suprascripta adiutor ero ad Reimundum et ad Elisabet suprascriptos a tenere et habere et ad defendere contra cunctos homines et hominem, feminas aut feminam, qui eis tollere uoluerint aut uoluerit, tulerint aut tulerit. Et ipso adiutorio suprascripto, sine engan, lo fare et non los enganare, saluam fidelitatem Ermesindem, comitissa, de Ierunnes et de Clera, et de Apierola et de suas compres et de Ribatallada, in uita sua, exceptus Alaman, fratri meo, de sua honore quod de hodie habuid.

Sicut superius scriptum est, si o tenere et atendre ego Umbertus suprascriptus ad Reimundum et ad Elisabet suprascriptos, me sciente.

[c.1041-c.1050]

*Guillem juró fidelidad a los condes de Barcelona Ramon [Berenguer I] y Elisabet comprometiéndose a no mantener ningún tipo de relación con la condesa Ermesèn que les pudiese perjudicar.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 75.

Cf. Bofarull, *Los condes...*, vol. II, p. 21.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 61.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup>. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 375.

Iuro ego Guilgelmus, filius [...]femina, que de ista [ora in] antea fidelis ero ad Reimundum, chomitem Barchinonense[m], filium Sanza femina, [et] ad coniugem suam Elisabet, chomitissa, sine fraude et sine malo ingenio et sine nulla discepcone, per directa fide, sine illorum engann, me sciente. Et ego Guilgelmus suprascripta de illorum uistas neque de illorum membris qui in illorum corporis se tenent, neque de illorum chomitatos uel chomitatu, neque de illorum episichopatos uel epsicopatu, neque de illorum kastros uel kastellos, eremos et condirectos, neque de illorum ciuitates, neque de illorum puios uel rochas, neq[ue] de ipsam terram que odie abent siue inantea, annuente Deo, adquisituri erint, neque de ipsam ciuitatemque dicunt Gerunda, nec de ipsum comitatum que dicunt Gerundense. Et ego Guilgelmus supradictus ista predicta omnia no la tolre a Reimundo predicto nec ad Elisabet prescripta, nec no'ls en tolre, nec omo nec omnes, nec femina nec feminas, per meum consilium neque per meum ingenium. Et ego Guilgelmus prescriptus adiutor sere ad Reimundo suprascripto et ad Elisabet predictam ista omnia prescripta [ad] tener et ad auer et ad defendere contra cunctos omnes aut omine, femina[s] uel femina, qui ad Reimundo suprascripto uel ad Elisabet suprascripta tollere uoluerint aut tulerint ista [pre]libata omnia aut de ista prescripta omnia unde Reimundo suprascripto uel Elisabet suprascripta me Guilgelmum suprascriptum comunirant per nomen de isto sacramento, per se ipsum aut per illorum missos uel misum. Et ego Guilgelmus suprascriptus comunir no me'n uedare, et ipsum adiutorium, sine engann, lo'ls fare, me sciente. Et ego Guilgelmus suprascriptus finem nec societatem non abuero apud Ermessindis, chomitissa, de ista ora inantea ad nullum suum bene de Ermessindis prescripta nec ad nullum illorum damnum de Reimundo suprascripto nec de Elisabet predicta.

Sicut superius scriptum est, si o tenre et o atendre ego Guilgelmus suprascriptus ad Reimundo supradicto et ad Elisabet prescripta per directa fide, sine illorum engann, me sciente, nisi quantum Reimundus suprascriptus et Elisabet suprascripta absoluerant per grado, sine forzia, me Guilgelm[o] suprascripto.

[c.1041- c.1050]

*Guillem, hijo de Ermengarda, juró fidelidad a los condes de Barcelona Ramon [Berenguer I] y Elisabet comprometiéndose a no mantener ninguna clase de asociación con la condesa Ermesèn que pudiese causar daños a sus intereses.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20 nº 76.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 76 dupl. Copia del siglo XII.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 61.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup>. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 376.

Iuro ego Guillelmi, filium qui fui Ermeniardis femina, ad te Raimundo, comite, filium qui fuit de Sancia femina et ad te Helisabet, comitissa, filia qui fuit de Ermeniardis femina, quod de ista hora inantea fidelis uobis ero, sine fraude et malo ingenio et sine ulla decepcione, me sciente. Ego Guillelmus suprascriptus de ista hora inantea adiutor ero ad Raimundo suprascripto et ad Elisabet suprascripta de Ermesindis, comitissa, per quantasque uices mihi mandaueritis, et ipsum adiutorium, sine uestro engan, lo facere, me sciente. Et ego Guillelmus suprascriptus de ista hora inantea finem nec societatem non habuero cum Ermesindis suprascripta ad dampnum de Raimundo suprascripto nec de Elisabet suprascripta.

Ego Guillelmo suprascripto, sicut superius scriptum est, si o tenre et o atendre per directa fide, sine engan, me sciente, nisi quantum Raimundo suprascripto et Elisabet suprascripta me absoluerant, sine forcia. Et ego Guillelmus suprascriptus hoc iuro, sicut superius scriptum est, per Deum et sanctis suis.

[c.1041- c.1050]

*Ramon Sunifred pactó con los condes de Barcelona que de ahora en adelante, cuando el conde viajase al condado de Girona él no realizaría ningún tipo de tregua con Ermesèn, condesa, abuela suya, ni tampoco guardaría amistad o sociedad con ella.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 79.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 79 dupl. Copia del segle XII.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 61.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup>. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 379.

Iuro ego Remundus Seniofredi quod de ista ore inantea fidelis ero ad te Remundo, comite Barchinonense, filium qui fuisti Sancia, chomitissa et ad Elisabet, comitissa, uxori tua, sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan. Et ego Remundus suprascriptus de ista ore inantea non dezembre Remundum comitem iam dictum nec Helisabet supradicta de illorum uita neque de illorum membris, nec de illorum ciuitates, nec de illorum episcopatos, nec de illorum comitatibus uel terris, nec de illorum castris uel castellis, nec de illorum rochas uel puios, directos uel eremos, quos hodie habent uel inantea adquisituri erunt. Et ego Remundus supradictus de ista ore inantea fidelis ero ad Remundum et ad Elisabet iam dictos de ipsa ciuitate quem dicunt Gerundam uel de ipso episcopatu de Gerunda siue de ipso chomitatu Gerundense uel de kastros aut castellos, rochas aut puios, condirectos uel eremos, qui infra iam dicto comitatu sunt. Et adiutor uobis ero ista omnia suprascripta ad tenere et ad habere, et ad defendere contra cunctos homines uel hominem, feminas uel feminam, qui uobis tullere uoluerint uel aliquid tulerint ista omnia suprascripta uel de istis omnibus suprascriptis. Et de ipso adiutorio non uos egannare. Et ego Remundus iam dictus de ista hora inantea quod uos fueritis in comitatu Gerundense finem nec treguam non habebo cum Ermesindis, comitissa, auia uestra, nec societatem qui ad iam dicta Ermesindis ualeat nec uobis noceat. Et de iam dicta Ermesindis, sine uestro engan, uos na iudare. Sicut superius scriptum est, si o tenre et o atendre ego Raimundus Seniofredi iam dictus ad Ramundum, et ad Elisabet iam dictos, per Deum et istas reliquias sanctorum, exceptus quantum uos me absolueritis per uestra uoluntate, sine forcia.

[c.1041- c.1050]

*El mismo Mir Geribert llevó a cabo un segundo acto de vasallaje en el que sostuvo que << yo Mir os ayudaré a ti Ramon y Elisabet a tener y poseer el condado de Girona o la ciudad de Girona frente a los intereses de cualquier hombre o hombres, mujer o mujeres que presten auxilio a la tal Ermessenda; y yo, el nombrado Mir, no guardaré pactos, tregua o amistad con aquel o aquellos, aquella o aquellas que ayuden a la mencionada Ermesèn y que con tales actos terminen por perjudicar los intereses de Ramon y Elisabet. Y todo esto guardaré hasta que el condado o la ciudad de Girona vuelvan a vuestra potestad>>.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 88.

Cf. Bofarull, *Los condes...,* vol. II, p. 22.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...,* p. 61.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep Mº. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I.* Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 387.

Iuro Ego Miro, filius qui fui de Ermengards femina, quod ista ora inantea fidelis ero ad te Raimun[dum], comitem, filius de condam Sancia, comitissa et ad te Elisabet, comitissa, sine fraude et male ingenio, sine uestra decepcione. Adiutor ero ego iam dictus Miro ad te iam dicto Raimundo et ad te Elisabet iam dicta a tener et ad abere ipso comitato Gerundense siue ipsa ciuitate de Gerunda contra Ermesinde, comitissa, siue contra cunctos homines uel hominem, feminas uel femina[m], qui ad Ermesinde iam dicta adiuuauerint. Ego iam dictus Miro finem neque treguam neque societatem cum eis uel cum eo, cum illas uel cum illa, ad uestrum damnum de iam dicto Raimundo uel de Elisabet iam dicta non abuero, qui ad Ermesindem iam dicta adiuueuerint, donec ipsum comitatum de Ierundense uel ipsa ciuitate de Ierunda [in] uestra potestate ueniat. Sicut superius scriptum est, sic tenre et atendre, et ipsum adiutorium, sine uestro enganno, fare, per D[eum et] istarum sanctorum reliquiarum, nisi quantum uos ambo me absoluereds per grad, sine fortia.

## 151

1041, marzo, 14

*Ermesèn, condesa de Barcelona, donó al monasterio de Sant Pol de Mar un mas situado entre las parroquias de Sant Feliu, Sant Martí, Sant Iscle y Sant Cebrià de Vallalta y que en el momento de la donación poseía Guislábert de Caned gracias a ella.*

- A. Barcelona. ACA, Monacales, pergs. de Montalegre, carp. 1, perg. nº 37.  
B. Barcelona. ACA, Monacales, pergs. de Montalegre, carp. 1, perg. nº 38. Copia del siglo XII.  
Ed. Pons i Guri, doc. nº 11, pero con fecha distinta (12-nov-1040).  
Ed. Pérez i Gómez, Xavier. *Diplomatari de la cartoixa de Montalegre...*, documento nº 39.

In Christi nomine. Ego Ermesendis, gratia Dei comitissa, donatrice sum Deo et Sancto Paulo Maritime, qui est fundatus prope littore maris, .I. mansum quem Guillabert de Caned tenet per me cum suis pertinenciis et cum omnes suas tenedones que tenet in cunctis locis, et inantea Deus dederit ei et cum omnes fines et cum omnes suas aiacencias quomodo sunt in comitato Gerundensi atque in parroechia Sancti Feliciis ecclesia Pineta, et in parroechia Sancti Aciscli, et de Sancto Martino, et de Sancto Cipriani et de eorum terminos; sic dono ego iam dicta Ermesendis, totum ab integrum, cum exiis uel regresiis, quomodo terminal per aqua de ipsa Curtada, et pergit per aqua de Valle Alta, et pergit per littore maris usque ad aqua de Calidas et uertit ad Monte Alto et peruadit ad ipsa cruce et peruadit ad serra de ipsa Pera. Quantum infra istos terminos habeo, sic dono ego Ermesendis ad iam dicto monasterio et ad eius seruentes ad proprium alodium, propter peccatis meis, atque de uiro meo qui fuit siue de parentes meos. De meo iure in uestro trado dominium ad faciendam quicquid uolueritis. Et si ego donatrice uenerit ad intrupendum, non ualeat set componat in duplo cum sua melioracione. Et inantea ista donacio firma permaneat modo uel omnique tempore.

Facta ista donatio .II. idus marcii, anno .X. regnante Enrici rex.

(Cruz) Ermesendis, gratia Dei comitissa, qui ista donacione feci firmaui et firmare roga.  
Sig+num Antins. Sig+num Isoard. Sig+num Sonarius. Sig+num Gondebaldus.

Sisual, leuita, qui ista donacione scripsi sub die et anno prefixo.

## 152

1041, abril, 2

*Ermesèn, condesa, y su hermano Pere Roger, obispo de Girona, asistieron a la elección y proclamación de Pere como nuevo abad del monasterio Santa María d'Amer.*

[A] Original perdido.

- B. Copia realizada por el monje de Ripoll Roc d'Olzinelles.  
Ed. Flórez. *España Sagrada*, vol. 45, ap. 39, p. 331, ex A.  
Ed. Villanueva. *Viage Literario*, vol. XIV, ap. 24, p. 313, ex. original.  
Ed. Montsalvatje, F. *Notícies Històriques*, vol. 11, ap. 301, pp. 299-301, ex b.  
Ed. Montsalvatje, F. <<Col. Diplomática...>>. Vol. I, documento nº 301, pp. 299-300.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 60.  
Ed. +Pruenca i Bayona, Esteve. *Diplomatari de Santa María d'Amer*. Documento nº 21.

Sciat humane fragilitas quia mortem carnis nullus hominum degens in carne mortali euadere possit. Nos enim quasi rami infirmitatem carnis, qua morimus, ex primo parente qui peccauit quasi ex uitiata radice contraximus. Unde et ille primus propter peccatum soluit debitum mortis, et non modica pars iam soluit humani generis, et nos singulatim usque in finem seculi pariter sumus soluturi. Sed illius anima felix qui post depositiōnē corporis iam cum Deo letatur in celis: futura felicior quando post restituōnē corporis in regno Dei in eternū cum corpore in uiro perfecto, in etate corporis Christi uiuere merebitur atque letare. Ad hanc ergo gloriam credimus peruenisse Suniarii abbatis animamque dudum egressa a corpore dinoscitur exemplum bene uidendi in carne manentibus reliquisse. Huius ergo in loco monachi monasterii Amerensis nomine et meritis sacrati beate Marie Dei Genitricis elegerunt et aclamauerunt sibi futurum abbatem illustrem nomine Petrum, a puero inter eos regulariter eruditum ac monastice conuersatum, et eundem sibi patrem ordinandum a domino Petro uenerabili suo pontifice expetierunt, et ipsius consecratione uirum predictum abbate accipere meruerunt. In tantum uero qui nouerant eundem Petrum dilexerunt, ut non solum monachi, sed et primates, sed et ipsa domna Ermesindis, comitissa uenerabilis, eundem uirum abbatem predicti monasterii fieri postulaset, et postulans impetrasset. Hanc autem ordinacionis scripturam, ut firmum esse pateat omnibus, non solum predicti monachi set et primiores uiri firmare curauerunt et predicta comitissa uenerabilis insuper etiam predicta sedis Ierundensis consecrator abbatis egregius et pie memorabilis pontifex.

Facta est autem hec scriptura acclamationis et consecrationis predicti Petri abbatis .IIII. nonas aprilis, anno Domini millesimo .XLI., indiccione .VIII.

(Cruz)Petrus, episcopus. (Cruz)Ermesindis, gratia Dei comitissa. Poncius, leuita et caput schole atque iudex. Bonus Homo, sacerdos et monachus *sss*. Eneas sig+num. Sig+num Raimundus. Sig+num Broncardus. Sig+num Raimundus. Raimundus, archileuita. Petrus, uel dominicus sacrista. Uilielmus, sacerdos et monachus. Guilielmus, sacerdos et monachus. Adebrandus, presbiter. Bernardus, leuita. Vitale, leuita. Durandus, monachus. Falcucius, monachus. Petrus, sacerdos et monachus. Gifredus, monachus. Baronus, monachus. Aureliolus, sacerdos. Raimundus, sacerdos. Teudericus, presbiter. Miro, monachus.

Sig+num Berengarii, leuita et caput schole, qui hanc acclamacionis et consecrationis scripsit die et anno quo supra.

1041, mayo, 1

*Ermesèn junto al resto de albaceas del desaparecido Eribau, obispo de Urgell, ejecutaron una de las cláusulas de su testamento y donaron a Sant Vicenç de Cardona un alodio situado en Fornells, condado de Girona.*

A. Girona. ADG, Pia Almoina, Fornells, nº 42.

Ed. Martí, Ramón. *Collecció Diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 235.

Quoniam inueni[tur] [in] constituzione legum ut quaecumque res sanctis Dei baselicis, aut per principum, aut per quorumlibet fidelium donaciones conlate reperiun[tur] [u]otiuae hac potencialiter pro certo censem[er]t, ut in earum iure inreucabili modo legum aeternitate firmetur. Igitur, in Dei nomine, Ermesindis, comitissa, et Raimundus, archidiachonus gerundensis, et Arnallus et Mironis, Bonifilius de Falcs et Wilelmus, abbas, nos simul in unum donatores sumus domino Deo et Sancti Vicentii Cardonensis opidi. Manifestum est quia precepit nobis condam Eriballus, episcopus, et iniuncxit ut si mors illi aduenisset, sicut et fecit, plenam potestatem habuissemus ad distribuere omnem suam facultatem, sicut ipse nobis ordinavit et iniuncxit in suum testamentum, legibusque confectum, et infra tempus ex lege publicatum. Ideoque per hanc uocem donamus omnes res ad suprascripto loco quos prefatus conditor illi dimisit, id est, ipsum alodium quod prefatus Eriballus habebat in comitatum Gerundense, in loco nominato Fornels, totum ab integrum, in parrochia Sancti Cucufati. Est quoque hoc alodium terras et uineas, domos et curtes et casalicia, orta et ortalia, prata et pascua, regos, regos subter regos, pronum et planum cum aquis, cultum et incultum cum garricis, aliasque res alias ad innumerandum inposibiles, sed tamen ad hoc alodium pertinentes. Habent autem terminum supradicta omnia de parte orientis in pa[rrochi]a Sancti Felicis gerundensis martiris uel in alodo comitali quod dicitur Palacium et in parrochia Sancti Saturnini de Palaciolo siue in parrochia Sancti Quirici de Quarto siue in parrochia Sancti Christophori [de N]ambiliis, de meridie, similiter in parrochia Sancti Christofori predicti siue in parrochia Sancti Quirici de Campolongo et graditur terminus usque intus in parochiam Sancti Stephani de Riuodelutis, in qua inueni[tur] [de] hoc alodium quod ad hanc donacionem pertinet, de occiduo in parrochia Sancti Stephani predicti siue in parrochia sancti Iohannis de Aquauia, infra quam inuenitur de hoc alodium, quod ad hanc donacionem pertinet, de septemtrione, qua parte uulgo circius cognominatur, in parrochia Sancti Minatis de uilla Ablaxeri siue in parrochia Sancti Cucufatis de uilla Saltus, et coniungitur usque in parochiam Sancti Felicis predicti. Haec omnia suprascripta donamus ad Sancto Vincentio suprascripto ad ipsa canonica, ut in perpetuum liceat possidere, iam dicta omnia sine ulla inquietudine et diminucione, clericis et sacerdotibus, ibidem Deo seruientibus, et Sancto Vincentio. Quem uero predicta omnia quem nos ad suprascripto loco damus de nostro dominio in suo iure tradimus dominio et potestate, ut faciant exinde ibidem Deo seruientibus, sicut de aliis munificenciis suis, simul cum exiis et regressiis earum ad integrum. Quod si nos, donatores, aut aliquis homo utriusque sexus contra hanc donacionem uenerit ad inrumpendum aut uenerimus, non hoc ualeat aut ualeamus uindicare, sed iam dicta omnia in quadruplum componat ad prefixo loco sancto a quibus fecerit iniuriam. Et insuper hoc firmum permaneat.

Actum est hoc kalendas mai, anno .X. regni Henrici regis.

Sig+num Ermesindis, comitissa. Sig+num Raimundus, archidiachonus gerundensis. Sig+num Arnallus Mironis. Sig+num Bonifilius de Falcs, nos qui hanc doncionem fecimus et firmamus et testes firmare rogauimus. Sig+num Gerallus, Gerunde, (1) uicecomite. Vulielmus, sacer uel abba Sancti Vicencii *sss*. Vidal sacer *sss*.

Petrus sacer, qui hanc donacionem rogatus scripsit et sub *sss* die et anno quod supra.

(1) *Nombre añadido encima.*

1041, mayo, 26

*La condesa Ermesèn y su hermano Pere, obispo de Girona, ante la amenaza sarracena que se alargaba por toda la costa que va desde la actual Calonge hasta Sant Feliu de Guíxols decidieron fortalecer todas sus defensas. Para ello donaron al monasterio de Sant Feliu los diezmos y primicias de la parroquia de Santa Cristina d'Aro, incluido su castillo.*

Ed. Marca, Pere de. *Marca Hispanica...*, documento nº 223, cols. 1083-1084.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 60.

Notum sit hominibus qualiter Domina Ermissendis, comitissa et Dominus Petrus Rodegarii, Gerundensi episcopus atque Gaufredus Vitalis cum uxore sua Chixol, dominus quoque Landricus, Sancti Felicis Guixalensis abbas, cum monachis suis conuenere ad ecclesiam Sanctae Christinae Vallis Aradi, ubi statuentes et disponentes utriusque ordinauerunt quomodo illud castrum appellatum Benedormiens ab omnibus eisdem in commune aedificatum custodiretur a militibus uel peditibus per diem et noctem omni tempore, ut omnes homines a Colonico usque ad manasterium Sancti Felicis cohabitantes absque ulla paganorum instentatione manere possent. Facta uero dispositione siue ordinatione praefati castri, dixerunt ad inuicem nihil suarum rerum alicui laica personae causa custodiendi castrum dari sini tali personae qui nullam calumnia praeter ab illis constituam honori uel hominibus suis immittere praesumeret. Unde non parua dissona uerba referentes, sedatis iam omnibus, idem castrum cum omnibus quae ad illud custodianem pertinent dederunt in ius et potestatem Sancti Felicis monasterii Guixalensis, Landrici abbatis et monachorum eius atque omnium successorum suorum tradiderunt in perpetuum habitorum per hanc seriem uerborum sic insequentem. IN NOMINE Dei fummi. Ego Ermissendes, comitissa et ego Petrus Rodegarii, Gerundensis episcopus, donamus Deo Sanctoque Felici monasterio Guixalensi et omnibus abbatibus uel monachis in perpetuum ibi habitantibus cunctas decimas et primitia uel uniuersa alia quae nos habemus et habere debemus uel possumus aut aliquis homo per nos infra parochiam Sanctae Christinae uallis Aradi cum eodem castro Benedormientis solide sine ullo retentu, cum exitibus et ingressibus suis, ad custodiendum praedictum castrum ab ipso portu de Pinel usque ad portum de Castellar, sicut ipsa uia exiens a monasterio et uadens per ipsas Canellas et per planum uel collum Sancti Pauli usque ad parochiam Sanctae Mariae de Fanales per directum pergens determinat in riuum Aradi, et sic descendit ab ipsa uia praedicta in omnibus locis usque in mare, et de nostro iure uel Sanctae Christinae in ius et dominium Sancti Felicis et omnium hominum ibi in perpetuum habitantium tradimus. Sic et ego prenominatus Gaufredus Vitalis et ego uxor eius Chixol donamus Domino Deo et Sancto Felici monasterio Guixalensi omne illud alodium quod nos habemus in parochia Sanctae Christinae uallis Aradi ab ipso portu de Pinel usque ad praedictum castrum, cum decimis et primitiis praefati alodii, praedictum quoque castrum, cercas et manedas suas, sicut illa uia quae exit a monasterio, uedit per Canellas et per planum uel collum Sancti Pauli contra Fenals, per directum determinat in riuum Aradi, et sic descendit ab ipsa uia praedicta in omnibus locis usque in mare, et omnes cercas et manedas quas nos dedimus ad praedictum castrum custodiendum tam in mari quam in domibus nostrorum hominim infra parochiam Sanctae

Christinae uel Sanctae Mariae Fenals habitantium, ut abbas praefati loci semper faciat custodire praefatum castrum, et de nostro iure in potestatem Sancti Felicis tradimus et dominium sine ullo retentu. Si quis contra hanc scripturam uenerit ad irrumpendum uel defraudandum, non ualeat perficere sed praedicta omnia in duplo componat Sancto Felici praefato.

Actum est hoc VII. Kalendas Iunii, anno decimo Henrici Regis. Sig+num Ermissonis, gratia Dei comitissae. Petrus, episcopus. Sig+num Gaufredi Vitalis, Sig+num Chixol, qui hanc scripturam fieri iussimus, firmauimus, testesque firmare rogauimus. Raymundus, comes. Aeneas Mir. Sig+num Ermengaudi Bernardi. Sig+num Umberti Otthonis. Sig+num Arruscum. Sig+num Gaufredi Airhergarii. Adroarius, presbyter, qui haec rogatus scripsi et subscripsi die annoque praefixo.

[c.1043]

*Ermesèn, condesa, prestó juramento a su nieto Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona, prometiéndo no decepcionarlo o defraudarlo y, de acuerdo a la fidelidad jurada le entregó una serie de bienes y derechos comenzando por su propia persona.*

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, sin fecha, documento nº 204 dupl .

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, pp. 63-64.

Cf. Aurell, Martí. *Les nosces...*, pp. 212.

Iuro ego Ermesindis, comitissa, filia qui fuit de Adalazis, comitissa, ad Reimundum, comitem Barchinonensem, filium qui fuit de Sancia, comitissa, que de ista hora inantea non os dezembre Reimundum comitem iam dictum de suam uitam nec de suis membris que in corpore suo fe tenent, nec de ipsa ciuitate que dicunt Barchinona, nec de ipso comitatu quem dicunt Barchinonensem, nec de ipso comitatum de Barchinona, nec de ipsis kastris et castellis, rocas et puios, condirectis uel heremis alodiis, et feuis que infra iam dicto comitatu sunt excepto illo alodio quod ego hebeo in uilla Maiore et excepto Ripa Taliada cum suis terminis, et excepto Puntils cum suis terminis. Et non dezembre Raimundum iam dictum de ipsa ciuitate quem dicunt Olerdola, nec ipso comitatu quem dicunt Penedes, nec de omnibus alodis uel feius, rochis, et puios qui infra iam dicto comitatu sunt, excepto Klerano cum suis terminis, et excepto alodio quod dicunt Modiliano, et excepto parrochia que ibi est. Et non dezembre Reimundum de ipso comitatu de Ausona, nec de episcopatu eius, nec de castellis, alodiis uel feius, rochis et puios, condirectis uel hermis, nec de parrochiis et monasteriis que infra ima dicto comitatu sunt, quantum in eo hebet et inantea per meum consilium adquisierit, excepto kastro de Solterra, cum suis terminis, excepto alodio de Osor, simul cum ipsa parochia, et excepto alodio de Sancto Baudilio. Et non dezembre Reimundum iam dictum de ipsa parrochia de Palacio Frugelli, nec de ipso alodio uel fi[s]co de Logriz, nec de ipsa statica de Gerunda, nec de ipso episcopatu de Gerunda, de quantum hodie habet in ipso episcopatu uel episcopus per illorum. Et non dezembre Reimundum iam dictum de ipso hominiatico de ipsis hominibus de Gerunda et de Ierundense, et de Ausona, et de comitatu Barchinonense qui receperunt et accipient kastellos et terras per eum sicut scriptam est in ipsa conuenientia que inter nos est facta. Et non dezembre Reimundum de ipsas parias nec de ipso auere quem habet de Yspenia uel conuentum est eius, nec de omnia qui cum meo consilio adquisierit. Et ego Ermesindis supraescripta, de ista hora inantea, ista omnia supraescripta ad Reimundum suprascriptum, no la tolre ne le'n tolre, nec ego nec homine nec homines, nec femina nec feminas per meum consilium, nec per meum ingenium. Et ego Ermesindis supraescripta adiutor ero ad tenere et ad habere ista omnia suprascripta ad Reimundus suprascriptum contra cuntos homines et hominem, feminas uel feminam qui ad Reimundum iam dictum tulerint aut tollere uoluerint ista omnia supraescripta, unde Reimundus supraescriptus me Ermesindem supraescriptam en comorra per nomem aut in nomine de isto sacramento suprascripto, per se ipsum aut per suos missos aut missum et comonir nomen desuedarei. Et ego Ermesindis supraescripta ipsum adiutorium sine enganno io farei ad Reimundum iam dictum per

quantas uices men comorra. Et ego Ermesindis, sicut superius scriptum est, sio tenre et atendre, excepto quantum Reimundum iam dictus me absoluerit per suum grad, sine forcia.

**156**

1044 junio 10

*“Convenientia” entre Ramon Miró de Hostoles y los condes de Barcelona Ramon [Berenguer I] y Elisabet. Se acuerda en la misma que Miró recibiría las rentas de la parroquia de Vilamajor una vez fallecida la condesa Ermesèn.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 10, nº 80.

Ed. Feliu, Gaspar-Salrach, Josep M<sup>a</sup>. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 313

Hec est conuenientia que facta est inter Reimundum, chomitem, et Elisabet, chomitissa et inter Reimundum Mironem Ostolensi de ipsa parrochia de Villa Maiore. Conueniunt namque iam dictus chomes et iam dicta chomitissa ad predictum Raimundum Mironem ut per unumquemque annum, per festiuitatem Omnim Sanctorum, donent ad ilium sexs uncias auri de Ispania per ipsa espleta de iam dicta parrochia. Similiter etiam conueniunt ad iam dictum Raimundum, ut quando Ermessindis chomitissa mortua fuerit, infra ipsum primum annum, sic emendent ad iam dictum Raimundum Mironem ipsam parrochiam de Villa Maiore in Gerundense, in uidente. Quod si non fecerint, Reimundus iam dictus sit absolutus de ipsa parrochia de Villa Maiore, ut recuperet eam et ipsas fidancas siant solutes. Et si antequam Ermessindis chomitissa siat mortua uenit ipsa parrochia de Villa Maiore in potestate de Raimundo Mironi, ut ille habeas ipsam espletam, siant absoluti ipsos pluios et ipsas sexs uncias. Et ipsos pluios sunt Adalbert et Amad. Et si unus ex illis mortuus fuerit, mitad alium in suo loco qui minus non ualeat.

Facta ista conuenientia VI idus iulii, anno XIII regni Enrici regis.

1044, agosto, 4

*Ermesèn aparece entre las autoridades que dan fe a la “conuenientia” alcanzada entre los monjes benedictinos de Sant Cugat del Vallès y Bernat Otger.*

Barcelona. ACA, Monacales, pergs. Sant Cugat, nº 232.

Ed. Rius, J. *Cartulario de Sant Cugat del Vallès*. Vol. I, documento nº 571.

Hec est conuenientia dommun Guitardum, abbatem Sancti Cucuphatis cenobii, et Bernardum Odgarii, acta. Donat namque predictus abbas Bernardo Odgarii et posteritati eius terra, que est subtus ipsa Calciata, quomodo scriptum est in ipsa euacuat[ione] que fecit predictus Bernardus, uel sicut piduauit Ermessindis, comitissa et Guislibertus, episcopus et Bernardus Sedredi, scilicet, sicut demonstrauit signe et note usque in ipso torrent ubi est caracter in saxum et ascendit per ipsum colle, qui est subtus ipsa Muga, et peruadit usque ad sumitatem montis Calaph, et sic desdendit in usque ipsum mare, et sic uadit per ipsum reger usque ad supra dictam Calciatam. Hec omnia donat supradictus Guitardus predicto Bernardo in tali conuentu per feuum, ut teneat hec omnia supradicta in seruicio Sancti Cucuphatis per manum eius [hac] successorum omnium eius abbatum, uidelicet, et ut predictus abbas teneat in supradicta terra dominicaturam duas pariliatas optimas cum decima que de eis exierit in loco ipse elegerit, ipse omnes successores sibi in perpetuum, et hec omnia exceptus supradictas parialiatas teneat Bernardus in seruicio predicti abbatis et omnium successorum eius et preterea donet per unumquemque annum mancusum unum per festam Sancti Cucuphatis in ipso cenobio. In tali ratione ut teneat Raimundus Ysimberti ipsam medietatem de ipsa terra supradicta cum omnia que inde debent exire ad seniorem per manum predicti Bernardi et de omni posteritate eius ipse et omnes successores eius, scilicet, de ipso Puio qui ante Venrel, sicut uadit per ipsum Reger usque in ipsa Calciata, et de ipso Puio predicto, sicut uadit per ipsa serra, usque ad ipsam Mugam, de ista que infra istos terminos sunt, teneat predictus Raimundus ipsam medietatem, sicut supra dictum est. Et si infra predictos terminos quos tenet Bernardus fecerit quisque aliquam fortezam, faciat fidelitatem predictus Bernardus et omnis posteritas eius ad Sanctum Cucuphatem et ad omnes abbates qui illic fuerint, et ipsi qui eam tenuerint. Et si infra predictos terminos quos Raimundus tenuerit fecerit aliquis aliquam fortezam, faciat Raimundus et omnis posteritas eius fidelitatem ad Bernardum et ad omnem posteritatem eius, salua fidelitate Sancti Cucuphati. Et sicut superius scriptum est, sic teneat Bernardus predictus et omnis posteritas eius sine engan predicto Bernard et de omni posteritate eius et sicut superius scriptum est de Raimundo et de successoribus eius sic permaneat omni tempore, salva fidelitate Sancti Cucuphati et omnium abbatum eius. Et sicut superius scriptum est, sic permaneat sine engan Sancti Cucuphati et omnium abbatum sibimet succendentium et sine engan de Bernard et de omni posteritate eius et sine engan de Reimundo et de omni posteritate eius. Et hoc fuit factum in presentia de Bonifilio Guillelmo et de Mironi Daco et de Miro clero et de Raimundo Ysimberto et de Mir Oldemar et cuncte congregacionis Sancti Cucupathis.

Facta est conuenientia .II. nonas. augusti, annu .XIII. regni Aenrici, regis.  
Guitardus, gratia Dei abba. Raimundus, monachus. Guifredus, monachus. Sendredus, monachus.  
Guillelmus, clericus. Iohannes, monachus. Raimundus, monachus isti sunt subscriptores.  
PETRUS, subdiaconus, qui hec fideliter transtulit.

## 158

1044, diciembre, 30

*La condesa Ermesèn junto al archidiácono Ramon y a Bonfill de Fals ejecutaron una nueva cláusula del testamento de Eribau, obispo de Urgell. En esta ocasión, vendieron el alodio de Fornells a la iglesia de Sant Vicenç de Cardona.*

[A]. Original perdido. Cardona. AACardona, nº 613.

B. Barcelona. BC, Ms. 729, Vol. 4, ffº 104 y 111, ex. A. Copia simple en papel y regesta del siglo XVIII (ca. 1783-1786).

Ed. Galera i Pedrosa. Andreu. *Diplomatari de la vila de Cardona....*, documento nº 35.

In Dei nomine. Ego Ermessinda, comitissa, et Raimundo, archidiácono et Bonifilio de Falcs, nos qui sumus elemosinarii de condam Heribaldo, simul cum Guitardo, iudice, uindimus ecclessie Sancti Vincentii de Cardona ipsum alodem de Fornells, totum ab integrum, quod Heriballus dimisit per ipsum debitum de Bernardo Rouira et de Guisfred iudice. Et est ipsum alodem in comitatu Gerundense, in ipsa parroquia de Fornells, id sunt, cases, casales, curses et curtales, terras, uineas, pratis, pascuis, siluis, garricis, aquis aquarum, uieductibus et reductibus in omnia et in omnibus quantum dici uel nominari potest. Qui affrontat ipsum alode de oriente in ipsa parroquia de Nomiber et parte uero meridie in ipsa parrochia de Campolongo uel Sancti Stephani de Rio de Lods, de hocciduo in ipsa parrochia Sancti Iohanis de Aquauia, de circii in ipsa parrochia de Sancto Menato uel de Felice de Gerunda. Quantum infra istas totes affrontaciones includunt, sic uindimus nos ipsum alodem de Forneletos, totum ab integrum, cum exiis et regresiis, propter precium unciatas .XXX. in precio ualentem. Et est manifestum. Quem uero predictum alodem superius scriptum de nostro iure in potestate Sancti Vincentii tradimus ad suum proprium. Quod si nos uindictores uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit sed in duplo componat supradictum alode. Et inantea ista scriptura uindicione firma stabilis permaneat modo uel tempore.

Facta hec scriptura uindicionis .III. kalendas ianuariis, anno .XIIII. regni Henrici regis.

Sig+num Ermissinda, gratia Dei comitissa. Sig+num Bonofilio de Falcs. Sig+num Guisfredus, iudex, qui hanc scriptura uindicione fecimus et firmauimus et testes firmare rogauimus et in potestate Gila, uicecomitissa, in uice Sancti Vincentii tradimus ad suum proprium.

Bernardus, leuita. Sig+num Guadimirus, presbiter. Sig+num Guifredi Isarni. Sig+num Arnalli Bonifilli.

Sig+num Ysarni Guifredi, qui hoc scripsit, uindit, scripsit et suscriptum signauit in prefato die et anno quo supra.

1046, enero, 25

*Ermesèn, condesa de Barcelona, presidió el acto en el que los sacerdotes Miró y Vidal y los laicos Miró Guifred, Ramon Agelan, Guillem Ramon, Tedbald Seniofred, Màier Odesind, Edo Bonuç, Bertran Miró, Berenguer Galí y otros, Ermengol Oruç, Bonfill Odesind, Sendred de Vilar y Llopsanç Planxar actuaron como testigos aportados por Adalbert, hijo de Guitard. Juraron éstos sobre el altar de sant Esteve de la basílica [Ripollet] y ante el juez Guillem Marc dar fe de la última voluntad de Ramon Seniofred de Avinyó manifestada en la ciudad de Piacenza (Italia) quien, a su regreso de una peregrinación al Santo Sepulcro presintió su muerte lo que le empujó a dictar testamento.*

A. Barcelona. ADB, Santa Eulàlia del Camp, carp. 9, perg. 1.  
Ed. Alturo i Perucho, Jesús. *L'Arxiu Antic de Santa Anna...*, Vol. II, documento nº 52.

Condiciones sacramentum ordinante iudice Guilelmi Marchi, qui iussus est iudicare et determinare legaliter in presencia sacerdotum Mironi, presbiter et Vidali, presbiter, laicorum uero presencia Mironi Guifredi et Raimundi Agelani et Guilelmi Reimundi et Tedbaldi Seniofredi et Mager Ozesindi et Ezoni Bunucii et Bertrandi Mirone et Berengarii Galindi, in supradictorum namque presencia et aliorum multorum hominum, quorum longum est scribere, super altare Sancti Stephani protomartiris Christi cuius baselica fundata est in comitatu Barchinonense, ad locum que dicitur Palacio Odito supra cuius altare testificant testes quas profert Adalbertus, proles Guitardi, ad comprobandum ultimam uolunptatis uerbis tantum modo promulgatam et ordinatam de condam Reimundi Seniofredi Auinionensi. Hec sunt nomina testium qui hoc testificant sicuti et iurant, id est. Ermengaudi Orucii, et Bonefilii Odesendi et Sendredii de ipso Vilare, et Lupsancii Plancharii. Nos prescripti testes hunum dantes testimonium iuramus primo per Deum patrem omnipotentem, per Christum Ihesum filium eius Sanctumque Spiritum, confitentes hanc Trinitatem unum Deum uerum esse, et super altare prenominatum quod nos prescripti testes uidimus et audiuius et presentes ibi eramus eo die et ora quando prescripti Reimundus Seniofredi Auinionensi, qui fuit condam, hordinauit sue uultime uoluntatis per suis tantummodo uerbis iacente in egritudine in ciuitate Pladencia reuertentem de Sancti Sepulcri Domini Nostri Ihesu Christi suo sensu et memoria integra retinens coram Ermesendem, comitissam et Guilielmum Dalmachium et Eneam Mironem et Pedronem Guilielmum et Dalmachium Geribertum et Mironem Guilelum et Berengarium Orucium et Bonefilii Samarelli et Guilielmi Sendredi, in presencia prescriptis omnibus sic ordinauit et iussit prescriptus Reimundus, quod si de ipsa egritudine que detinebatur mori illi contigeret sicut et fecit omnem suam honorem et alaudem remansisset ad Adalbertum, prolis Guitardi prenominati, eo tenore et ordine sicut iam testauerat et conuenerat ad condam Reimun Guitardum, cognatum suum frati prescripti Adalberti. Et rogauit prescriptis omnibus et aliis multis qui ibi erant presentes quando hec uolumptatem hordinabat quod si necesse fuerit ad iamdictum Adalbertum otorizandi et confirmandi prescriptam uolumptatem licenciam haberent. Et nos testes ea que dicimus uere esse profitemus per supranixum iuramentum in Domino. Et ego perscriptus iudex hos testes fideliter recepi cum iuramento. Per auctoritatem legis Goticis ubi

dicit “moriens in itinere aut in spedizione publica si ingenues secum non habet, uolumptatem suam propriam seruis insinuet corum fides corem iudicem probare debebunt et sic uolumptas ipsius habeat firmitatem”. Nos prescripti testes qui prescriptam uolumptatem iuramus recte scimus quod prescriptus Reimundus qui prescriptam uolumptatem hordinauit, postea uixit tribus diebus et sic migravit de hoc seculo in mense augustus iste primus transhacto.

Facte condiccionis .VIII. kalendas februarii, anno .VXmo. regni Henrici regis.

Sig+num Ermengaudus. Sig+num Boneffilii Odesindi. Sig+ num Sendret. Sig+num Lupsancii. Nos testes sumus et prescriptum sacramentum fideliter iuramus. Sig+num Mironi Guifredus. *Sss* Mirone, presbiter. (*Crismón*) Vitalis, presbiter *sss*. Sig+num Raimundi Agelani. Sig+num Guilelmi Reimundi. Sig+num Mager Odesindi. S+ Ecius. Sig+num Bertrandi Mirone. Sig+num Berengarii Galindi, hec sunt auditores. Sig+num Guilielmus, iudex.

Guitardus, leuita, qui hec scripsi condiccciones cum litteras rasas in uerso secundo et in quarto et sexto et ultimo super kalendas et die et anno quod supra *sss*.

1047, julio, 28

*Ermesèn compró a Odger, abad de Sant Llorenç del Munt, unos alodios situados en el Vallès, en el valle de Sentmenat, el Prat y la Rovira, en Caldes de Montbui, y una viña también localizada en la Rovira.*

A. Barcelona, ACA, Monacales, carp. 2, perg. nº 154.

Montserrat. AM, *Speculo* nº 12 (Sant Menat) nº 4.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. III, documento nº 342.

In nomine Domini. Ego Odgarius, gratia Dei abba, uendor sum tibi domne Ermessinde, [gratia Dei comissee]. Per hanc scripturam uinditionis mee uindo tibi terras et uineas [et in] uno loco cases cum solos et superpositos, hostios, ianuas, matherias, foueas et torcular, item terras et uineas atque trilias simul et rouiras, cultum et inc[ultum nostrum proprium et in] alio loco casas cum solario et curte et terras et uineas atque trilias et arbores diuersi generis nostrum proprium. Aduenit [autem mihi omne]m predictum alodium per uocem inpignoracionis quod mihi fecit Raimundus, filius Mironis Hostolensis Castri [siue per qualicunque]cumque uoce. Est namque ipsum alodium primitus prenotatum in comitatum Barchinone, in Vallense, in ualle Sancti Mina[ti]. Et abet affrontaciones de parte orientis in terra Gondebaldi proceris et de meridie in terra Sancti Cucuphati cenobii, de oc[ciduo in terra] predicti Raimundi et de circio in terra Gondebaldi predicti. Subsequens uero alodium est in comitatum similiter Barchinone, [in terminibus de Ca]ldes ad ip[so Pr]ad siue in ipsa Reuuira, et affrontat de parte orientis in ipsa strada publica et de meridie in terra de Ermengardis femina, de occiduo in rio, de circio affrontat in terra et in uinea de Gozfred qui fuit uinditor predicti alod[ii]. Et ipsa] uinea que est in Reuuira affrontat de oriente in uinea de Sancia siue de Ermengardis et de meridie in terra et in uinea de predicti Raimundi uel de suos heredes, de occiduo in terra de Sancia uel de Ermengardis, de circio in terra de predicti Raimundi. Et alla pecia de terra affrontat de oriente in ipso margine siue in terra de Gozfredo predicti et de meridie in terra Sancti Minati uel de Seniofredo de Vilar, de occiduo in terra de Guasca femina, de circio in terra de Bonumir. Quantum inter istas affrontaciones includunt, sic uindo tibi ego predictus Odgarius hec omnia predicta alodia ab integrum cum exiis et regressiis earum ad tuum plenissimum proprium inpropter precium .XII. uncias auri placibile aut in res ualentibus ad precium auri sine ullo engan. Et est manifestum. Quem uero predicta omnia que tibi uindo de meo iure in tua trado dominio et potestate ad omnia que uolueris facere. Quod si ego uendor aut ullusque homo utriusque sexus qui ista uinditione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uendicare set componat in duplo cum omnem melioracionem suam. Et inantea ista karta uendicionis firmis et stabilis permaneat modo uel omnique tempore.

Facta karta uindicionis .V. kalendas augusti, anno .XVII. regni Henrici regis.

Odgarius, gratia Dei abba, qui ista uindicione feci et firmaui et firmare rogaui *sss*. S+ Bonucii, leuite. S+ Ermemirus, monachus. Guilelmus, monachus *sss*. Guarinus, monachus *sss*. *sss* Guifredus, iudex.

Wifredus, monachus uel presbiter, qui ista karta uinditionis rogitus scripsi et sub *sss* die annoque prefixo.

## 161

1047, julio, 28

*La condesa Ermesèn donó a Sant Llorenç del Munt los alodios situados en Sentmenat, el Prat y la Rovira, Caldes de Montbui, y la viña de la Rovira.*

Barcelona. ACA, Monacales, carp. 2, perg. nº 153.

Monserrat. AM, *Speculo* ( Sant Menat) nº 3.

Cf. Vergés. *Sant Llorenç del Munt...*, p. 71.

Cf. Ruiz Doménech, J.E. <<El desarrollo de la economía monetaria>> p.56, nota 171, en *Miscellanea Barcinonensis*.

Auntamiento de Barcelona, nº XXXVIII, agosto, 1974.

Ed. Puig i Ustell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. III, documento nº 341.

In nomine Domini. Ego Ermessindis, gratia Dei comitisse, donatrice sum Domino Deo et Sancta Maria et Sancto Mikaele et Sancto Laurentio cenobio, qui sunt [altares] siti in monte altiori supra Terracia. Manifestum est enim quia [dono eis] alodes meos proprios, id sunt terras et uineas, casas cum solos et superpositos, hostios, ianuas, matherias, foueas et torcular, item et trilias et reuuiras et oliuarias et altos arbores similis et dissimilis, cultum et incultum, nostrum proprium, simul cum ipso columbario. Aduenit autem mihi omnem predictum alodium per comparacione siue per qualicumque uoce. Est namque ipsum alodium primitus prenotatum in comitatum Barchinone, in Vallense, in ualle Sancti Minati et abet affrontaciones de parte orientis in terra Gondebaldi proceris et de meridie in terra Sancti Cucuphati cenobii, de occiduo in terra Raimundi Mironis et de circio in terra Gondebaldi predicti. Subsequens uero alodium est in comitatum Barchinona, in terminibus de Caldes, ad ipso Prad, siue in ipsa Reuaira. Et affrontat de parte orientis in ipsa strada publica et de meridie in terra de Ermengardis femina, de occiduo in rio, de circio affrontat in terra et in uinea de Gozfred. Et ipsa uinea que est in Reuaira affrontat de oriente in uinea de Sancia siue de Ermengardis et de meridie in terra et in uinea de predicti Raimundi uel de suos heredes, de occiduo in terra de Sancia uel de Ermengardis, de circio in terra predicti Raimundi. Et alia pecia de terra affrontat de oriente in ipso margine siue in terra de Gozfred predicto et de meridie in terra Sancti Minati uel de Seniofredo de Vilar, de occiduo in terra de Guasca femina, de circio in terra de Bonumir. Quantum inter istas affrontaciones includunt, sic dono ad predicto cenobio uel ad ipsos altares iam dictos hec omnia predicta alodia ab integrum cum exiis et regressiis earum ad proprium. Et est manifestum. Quem uero predicta omnia que dono ad predicto cenobio de meo iure in earum trado dominio et potestate. Quod si ego donatrix aut ullusque homo utriusque sexus qui ista karta donacione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uendicare set componat iam dicta omnia in duplo cum omnem suam melioracionem. Et inantea ista karta uindicionis firmis et stabilis permaneat modo uel omnique tempore.

Facta karta donacionis .V. kalendas augusti, anno .XVII. regni Henrici regis.

S+ Ermessindis, gratia Dei comitisse, qui ista donacione feci, et firmaui et firmare rogaui (*cruz*).

Sig+num Umbert Od. (*Cruz*) Ioannes, leuita. Sig+num Bernardus Od.

Wifredus, monachus uel presbiter, qui ista karta donacionis rogitus scripsi cum literas fuses et contaminates in tercia linea et sub sss die et anno quo supra.

**162**

1048, febrero, 6

*Ermesèn, viuda de Ramon [Borrell], condesa de Barcelona, decidió autorizar la unión del monasterio de Sant Pol de Mar a Sant Víctor de Marsella.*

Marsella. Archivo Departamental de Marsella. H-24, documento nº 111.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...,* p. 35.

Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...,* p.229 .

## 163

1049, enero, 9

*Odger, abad del monasterio de Sant Llorenç del Munt, donó junto a su comunidad la iglesia de Sant Cristòfor y un alodio que pertenecía a ésta, en el término de Terrassa, condado de Barcelona, al matrimonio Argemir y Filemera. Dichas propiedades habían llegado a manos del monasterio vallesano gracias a una donación anterior realizada por el conde Ramon [Berenguer I], hijo de Berenguer [Ramon I], y su abuela la condesa Ermesèn.*

A. Montserrat. AM, nº 19.

B. Montserrat. AM, nº 25.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. III, documento nº 346.

In Dei nomine. Odegario, gratia Dei abba domum Sancti Laurencii cenobii, cum congregacione ipsius loci donatores sumus uobis Argemirus et uxori tue Filmera. Manifestum est enim quia donamus uobis aludem nostrum quod abemus in chomitato Barquinona, infra terminis Terracia ad domum Sancti Christofori, ad domus edificandum, simul cum ipsa eclesia, ut eam bene condiregatis et dirigenter instruatis et ipso alode bene laboretis. Et aduenit nobis per nostra comparacione siue per donacione quod fecit nobis Raimundus, chomite, filio Berengarii, commes, simul cum domna Ermessindis, chomitissa, uel per qualicumque uoce. Et afrontad ec omnia, de oriente in terra de Guadamiro faber, de meridie in strata publica, de occiduo in terra de condam Guadamirus, presbiter, de circi similiter. Quan[tum] infra istas quatuor afrontaciones includunt, sic donamus uobis ipsa eclesia cum ipso alode qui ibidem est, ut ipsa eclesia bene condiregatis et ipsos domo bene edificetis et ipso alode bene laboretis in ea uidelicet ratione, ut teneatis uos et posterita uestra et donare faciatis nobis per unum quemque annum de ipso alode ipsa tascha, et non liceat uobis in ipso alode siue in ipsos domos siue in ipsa eclesia alium senioraticum facere nisi domum Sancti Laurencii uel eius seruientes est manifestum, et de nostre iure in uestram tradimus potestatem, sicut superius resonat. Quod si nos donatores aut ullusque omo utriusque sexus qui contra ac ista donacione uenerit pro intrupendum aut nos uenerimus, ad nihil proficeant uel proficiamus et in uinculo solidos quinquaginta componamus, et inantea oc adimpleamus quod spopondimus, et si uos laboratores minime feceritis et oc non adimpleueritis quod petistis, similiter nobis componatis solidos quinquaginta, et oc adimpleatis quod petistis.

Actum est oc .V. idus ianuarii anno .XVIII. regni Enrici regi.

Odgarius, gratia Dei abba, qui hec firmaui et fratres meos monachos firmare rogaui *sss*. Amatus, monachus (*cruz*). Remundus, monachus. Guitardus, monachus. Petrus, monachus. Benedictus, monachus. Poncius, monachus. Undisclus, monachus. Borrellus, monachus.

S+ Guadamirus, leuita, scripsit et die et anno quod supra.

## 164

1049, octubre, 9

*Ermesèn donó al monasterio de Sant Llorenç del Munt el alodio llamado “Kastellare” (Castellar).*

A. Barcelona. BC, archivo, perg. nº 2130.

Ed. Ballbè i Boada, Miquel. *Matadepera i Sant Llorenç del Munt...*, vol. II, pp. 221-223.

Montserrat. AM. *Speculo 8* ( Castellar) nº 5.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. III, documento nº 349.

[In nomine Domini. Ego Er]messindis, gratia Dei comitissa, donatrix sum Domino Deo et Sancto Laurentio, cuius [coenobium] situm est in cacumine excelsiori montis supra Terracia. Manifestum est enim quia dono predicto coenobio et ibi Deo serui[entes] alodium meum pro]prium, quod mihi aduenit per uirum meum domnum Reimundum, condam comitem et marchionem et per comparationem siue per quacunque uoce. Vocatur autem predictum alodium Kastellare et sunt terras et uineas cultas et ere[mas, cases cum solos et s]uperpositos et curtes, casales et casalitos cum ipso kastellare, ortis, ortalibus, molinis, et molinarlis, regos et capud regos atque subtus regos, boscos et siluas atque garricas, pomiferos atque glandiferos, montuosum sionibus aquarum, pascuis cum ipsis pascuariis, petras et roccas que infra eiusdem Kastellari sunt terminis. Est autem predictum Kastellare cum omnia suprainserta in comitatu Barchinone, infra termino de Terracia uel in circuitu predicti montis Sancti Laurencii. Et habet affrontationes predictum Kastellare, cum omnia supranotata, de parte orientis in termine de Tegores uel de Sancti Minati et iniungit se usque in kastrum de que in kastrum Galipha, a meridiana uero parte affrontat in ipsa strada que exit de Riopullo et uadit per ipso prato usque in Kanned ad ipsa mansione que fuit de Guifredo condam, deinde per ipso in ipso termino de Uliastrello, de occiduo namque in ipso riuo de Masurgs et iniungit per ipsa silua de Galiano usque in Era Ventosa et usque in kastrum Petra, de circio affrontat in termino de Nespla uel ad et in ipsos terminos de Granera uel de Lacera usque in kastrum Galipha. Quantum iste affrontationes includunt uel isti termini ambiunt, dono atque concedo predictum Kastellare cum prefata omnia predicto coenobio et suis terminis siue pertinenciis eo, scilicet, modo atque ea ratione, ut ipsam meam dominicaturam uel omnes uoces, quas ego nunc ibi ad dominicum retinebam, teneant simili modo Sanctus Laurencius et abbas uel monachi eiusdem re semper et quietem ad dominicum. Reliqua uero teneat Udalarius Bonucii, sicut per me tenet in seruitio et famulicio predicti Sancti Laurencii, et per manum abbatis qui ibi nunc est uel successoris eius, nec liceat ei ico modo transferre aut alineare. Post mortem uero predicti Udalgarri solida et libera remaneant predicta omnia in iure predicti coenobii, absque ulla inquietudine ab omni integritate. Quod si ego que persone homo aut femina contra hanc cartam elemosinariam uel largitionis uenero aut uenerit pro inrumpendum aut eam inquietare temptauerit, non ualeam aut ualeat uendicare sed componam aut com[ponat] in duplo cum sue melioratione. Et inantea firma et stabilis permaneat et semper inconuulsa.

Facta carta elemosinaria uel largitionis .VII. idus octobris, anno .XVIII. regni Henrici regis.

[Sig+num Ermess]indis, gratia Christi [comit]issa, qui hanc cartam elemosinariam fecit scribere et manu propria firmauit ac testibus firmare rogauit. [Sig+]num Umberti Ot.

Sig+num Udalgarri. Sig+num Gonballi Besorensis. Sig+num Amati Oldrici. Sig+num Berengarii Bonuc.

[ 1050 – 1058, marzo,1]

*Ponç, hijo de Guerau y de Ermesèn, vizconde de Girona, juró fidelidad a Ramón [Berenguer I], conde de Barcelona, en todos sus dominios menos en aquellos que poseía gracias a la condesa Ermesèn, a la que respetaría mientras viviese.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 51.

B. Copia del siglo XII, Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 51, dupl. Copia siglo XII.

Ed. Feliu, Gaspar- Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 517.

Iuro ego Pontius, filius qui fui Geralli, uicecomitis uel Ermessendis, femine, quod de ista ora inantea fidelis ero ad te Raimundum, comitem, filium Berengarii, comitis, uel de Santia, comitissa, sine fraude et malo ingenio, et sine ulla decepcione ac sine engan. Ego Pontius predictus non dezembre te Raimundum, comitem iam dictum, de tua uita nec de tuis membris que in corpore tuo abes, set de omnibus fidelis ero tibi. Et non te dezembre de ipsa ciuitate de Barchinona, neque de ipso comitatu Barchinonensi, neque de ipso episcopatu Barchinonensi, neque de ipso onore quem hodie abes de Ispania, uel inantea adquisieris, neque de ipso comitatu de Ausona uel episcopatu Ausonensi, neque de ipsa ciuitate Minorisa, neque de ipsa ciuitate de Gerunda, neque de ipso comitatu Gerundensi, neque de ipso episcopatu Gerundensi, neque de ipsis chastris uel rochas, puios, eremos, siue condirectos, qui infra suprascriptos comitatos sunt, set de omnibus fidelis ero tibi. Et ego predictus Pontius hec omnia suprascripta no to tolre ad te Raimundum, comitem iam dictum, seniorem meum, nec ten tolre aliquid de hoc, nec ego, nec aliquis homo uel homines, femina uel femine, per meum consilium, nec per meum ingenium, nec per aliquem meum asentimentum. Et ego Pontius iam dictus, adiutor ero ista omnia iam dicta a tener et ad auer, ad te iam dictum comitem Raimundum, seniorem meum, contra cunctos homines uel feminas qui ad te, Raimundum, comitem iam dictum, hec omnia predicta tollere uoluerint uel aliquid de hoc tulerint, excepto hoc quod Ermessindis, comitissa, retinuit in ciuitate Gerunda uel in comitatu Gerundensi, ad ipsum diem quando finiuit omnis suas querelas cunctos supradicto Raimundo, comite, unde fidelitatem debo illi portare in sua uita. Et postquam illa mortua fuerit, similiter adiutor ero ad te de ista omnia a tener et ad auer, sicut de omnem tuum honorem suprascriptum, per fidem, sine engan. Et ego iam dictus Pontius adiutor ero ad te Raimundum comitem predictum, contra cunctos omnes uel feminas, unde tu iam dictus Raimundus me comonras per te ipsum uel per tuum missum. Et comonir no me desuedare et adiutorium, sine tuo engan, ten fare. Et si tu, iam dictus Raimundus mortuus fueris, infra ipsos .XL. dies primos quod ego Pontius iam dictus sciam quod mortuus sis, ego Pontius manibus meis ad filium tuum ad que tu dimiseris Barchinonam me comandare, aut si filium non habueris, ad ipsum ad quem tu Barchinonam dimiseris similiter o fare. Et ipsum onorem quod per te iam dictum Raimundum teneo, per suam manum lo prendre et talem sacramentum illi iurabo qualem ad te iuratum habeo.

Et hec omnia suprascripta, si o tenre et o atendre, ego Pontius predictus, ad te iam dictum Raimundum, comitem, seniorem meum, per fidem, sine engan, nisi quantum tu me absolueris de isto sacramento per tuum grad, sine fortia.

1051, marzo, 10

*“Convenientia” acordada entre Pere, obispo de Girona, y Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona, en la que el prelado se compromete a ceder la dominicatura de la Bisbal d’Empordà al conde. A su vez se acuerda no perjudicar los intereses de Ermesèn en dicho lugar; << [...] Et hec omnia suprascripta et suprascripta baiulia non sint dampnum de suprascripta Ermesende, comitissa [...] >>.*

[A]. Original perdido.

B. Girona. ADG, Cartoral de Carlemany, ffº. 70-71.

Ed. Marquès, Josep Mª. *Cartoral, dit de Carlemany...*, Vol. I, documento nº 109.

Ed. Martí, Ramón. *Col.lecció diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 258.

[H]ec est conuenientia quam ego Petrus, Gerundensis episcopus, feci cum te, dompno Raimundo Berengarii comite. Ego uero predictus Petrus dono ipsam dominicaturam de Sancta Maria Episcopali, sicut Sancta Maria sedis Gerunde tenet et habet, et tenere et habere debet tibi dompno Raimundo prescripto, excepta ecclesia prescripte sedis Sancte Marie et exceptis decimis et primitiis eius omnibus oblationibus, et excepto cimiterio, et exceptis hiis omnibus, et exceptis sacrariis omnibus ecclesie, et exceptis hiis omnibus que canonica Sancte Marie prescripte sedis et Guibertus gramaticus tenet. Et ego predictus Petrus dono tibi dompno Raimundo prescripto ut in istis sacrariis et cimiterio prediche ecclesie que ego retineo modo facias tuam voluntatem exceptis hiis rebus quas Iohannes et sui clerici et Girbertus gramaticus prescripti tenent in prescriptis sacrariis et cimiterio et excepto auer quod defunctus dimiserit pro sua sepultura et anima et excepta mea domo, cum suo hedificio quam ego prescriptus Raimundus facturus sum in predictis sacrariis. Et hec omnia a me predicto Petro tibi Raimundo prescripto donata dono in tali conuentu ut tu prescriptus Raimundus non dones nec incambres aliquid de suprascripta dominicatura quam ego tibi dono in potestate alterius hominis. Et si tu, prescriptus Raimundus mortuus fueris, prescripta dominicatura a me tibi donate cito reuertatur sine impedimento et sine dono de auer in potestatem Sancte Marie prediche sedis et meam aut episcopi prescripte sedis, si ego mortuus fuero et comitissa Ermesendis mortua fuerit aut deuota facta fuerit, aut si tu prescriptus Raimundus comitatum Gerundensem tenueris. Prescripta dominicatura quam tu Petrus mihi donas, conuenio tibi Petro prescripto ut deliberem ipsas toltes et tortos quos homines faciunt Sancte Marie sedis prescripte in prescripta dominicatura. Et ego Raimundus prescriptus iterum conuenio tibi Petro prescripto ut de ipsis toltes et tortis que homines faciunt Sancte Marie sedis prescripte et tibi in tuo episcopatu faciam iustitiam Sancte Marie prescripte sedis et tibi de quibus facere potuero et de illis toltes et tortis de quibus facere non potuero iustitiam adiutor ero Sancte Marie et tibi per rectam fidem sine tuo enganno. Et ego Petrus prescriptus mitto canonicam cum sua terra et cum suis omnibus Sancte Marie prescripte sedis et omnes clericos iam dicte sedis cum eorum rebus et totum meum honorem episcopalem in tuam baiuliam et defensionem, Raimunde prescripti comes, ut bene custodias et deffendas prescripta omnia ad seruitium et honorem prescripti episcopi et ad bonum de iam dictis clericis. Et hec omnia suprascripta et suprascripta baiulia non sint dampnum de suprascripta Ermesende, comitissa. Et

ego prescriptus Raimundus conuenio tibi prescripte Petre ut suprascriptum conuentum quem ego superius tibi feci et faciam totum tibi Petro prescripto adtendam et teneam sine tuo enganno, et excepto hoc quod tu Petrus episcopus michi Raimundi prescripto absolueris tuo grato animo sine fortia.

Scriptum est hoc donum et conuentus .VI. idus marcii anno .XX. regni Henrici regis.  
*(Cruz)* Petrus, episcopus. Remundus, comes.

## 167

[1051, agosto – 1058, marzo, 1]

*Ermesèn devolvió a la Seo de Girona y a su obispo Berenguer las iglesias y feudos que ella poseía en dicho obispado.*

B.Girona. ADG, Cartoral de Carlemany, ffº 65b-67b.

Ed. Marquès, Josep M. *Cartoral, dit de Carlemany...*, Vol. I, documento nº 120.

[I]n nomine Domini et saluatoris nostri Ihesu Christi. Ego Ermesendis, gratia Dei comitissa, cogitans meam fragilem uitam et timens inferni penam, propter Deum et eius genitricem beatam uirginem Mariam et propter remedium anime uiri mei Raimundi et mee et filiorum et omnium parentorum meorum, reddo iam dicte Dei genitrice Marie et eius sedi et in potestate episcopi iam dicte sedis Berengarii omnes ecclesias et omnis fiscos et omnes feuos regales et omnes terras et mansos et omnia alodia cum omnibus que pertinent ad predicta alodia, omnia que ego Ermesendis quocumque modo teneo et tenui de episcopatu Sancte Marie iam dicte sedis et homines et femine tenent per me et tenuerunt. Iste autem sunt res quas reddo integro et sincero modo iam dicte Dei genitrici et eius episcopo predicto. In primis ego prescripta Ermesendis libens et spontanea mea uoluntate reddo turrem de Palacio cum suis pertinentiis omnibus et reddo turrem de Pubalo cum ipsa sua ecclesia et cum omnibus pertinentiis que pertinent ad iam dictam turrem et ecclesiam. Et reddo ecclesiam Sancti Ysidori cum ipsa Pera, cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam Sancti Felicis de Beuda cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Pals cum suis omnibus pertinentiis et ecclesiam Sancti Saturnini de Sauzeto cum suis appenditiis et pertinentiis omnibus et ecclesiam Sancti Iohannis de Fuxano cum cuius pertinentiis omnibus. Et ecclesiam cum suis pertinentiis omnibus quas Raimundus, archidiachonus Barchinonensis, tenuit, hoc est, ecclesiam de Ecclesiis Albis, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam Sancti Vincentii de Camonos cum suis pertinentiis omnibus et fiscis. Et ecclesiam Sancti Martini de Riuoluti, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam Sancti Martini de Mota, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Burdils, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesias suis, cum pertinentiis omnibus quas tenet Eneas iam dicte sedi debitas. Et ipsum alodium de Monte Palatii, cum suis pertinentiis omnibus et cum ipso castello et ecclesiam Sancti Martini de Palatio Furgelli, cum suis pertinentiis omnibus et appenditiis et ecclesiam Sancti Martini de Colonico, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam Sancte Christine de Araza, cum suis pertinentiis omnibus et ecclesiam Sancti Felicis de Locustaria, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam Sancti Stephani de Calidis, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam Montis Rotondi, cum alodiis et fisciis et suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Acualta cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Libiano, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Pariete Ruffini, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Villam de Asinis, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam Sancte Leocadie de Pradis, cum suis pertinentiis omnibus. Et castellum de Blanes, cum suis pertinentiis que pertinent ad iam dictam Sanctam Mariam. Et ecclesiam Sancte Cecilie Montis Calui, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de

Villadalmalla, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Filinis, cum suis pertinentiis omnibus. Et ecclesiam de Pineda, cum ipso alodio et pertinentiis eius. Et ecclesiam de Monte Foliano, cum suis pertinentiis. Et ecclesiam de Bascanon, cum suis pertinentiis. Et ecclesiam Sancti Petri de Laurano, cum pertinentiis eius et fisco et ipso auer de Angles. [Qu]as supradictas res, ego supranominata Ermesendis, comitissa, integro modo et sincero reddo beate Dei genitrici iam dicte Marie et eius predicte sedi et tibi Berengario, pontifici prescripto et quocumque modo et acquisitione teneam et tenui predictas omnes res et homines et feminas tenent tenuerunt per me et ea quecumque ablate sunt per me a dominico et proprio iure iam dicte sedis et meo consilio et ingenio et faccione aliqua ego prelibata comitissa reddo et restituo iuri proprio iam dicte sedis et tuo predicte Berengarii. Preterea alias omnes res que mihi nomine non sunt, quas teneo et tenui et quocumque modo, facto et consilio ablate sunt per me quarum reminiscor et quarum non reminiscor quocumque modo uenissent ad ius et dominium meum uotiuē et libere restituo iam dicte sedi et tibi Berengario, ita ut nullus homo non teneat et possideat predictas res contra Sanctam Mariam et contra uoluntatem tuam predicte Berengari, episcope, per ullam meam uocem.

1051, noviembre, 17

*La condesa Ermesèn donó un alodio de su propiedad situado en “Sancti Baudilii” (Sant Boi de Lluçanès) al sacerdote Llopart y familia.*

A. Vic. ACV. Caj. 6, perg. nº 2162.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona..., p. 67.*

Ed. Ordeig i Mata, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI. Fascicle segon. Publicacions del Patronat d'Estudis Osonencs. Vic, 2003, doc. 1091*

In Dei eterni nomine. Ego Ermesindis, nutu Dei comitissa, donatrice sum uobis Leopardus sacerdos et fidele tua Bonafilia et filio uestro Bernardo sacerdoti. Per hanc scripturam donationis mee dono namque uobis alodium que [uos tenetis], id sunt, terras cultas simul cum [prato] et cum omnes arbores qui infra sunt. Aduenit quidem mihi omnia predicta per uiro meo uel per parentorum et per qualemcumque modo uel uoce. Et est hec omnia prelibata in comitatum Ausona, in parrochia Sancti Baudilii, in aiacencia de podio qui fuit de Guadapiro. Et abet affrontationem predicto pratro, cum terras et arbores, a parte orientis in alodio Arnalli Guitardi uel heredum suorum, et de meridie [in] medio torrente, et de occiduo similiter, de parte uero circii desinit in alodio Seniofredi Luzanensi. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono uobis ad te iam dicto Leopardo et Bonafilia de [toto] ipso prato et terras qui ibidem sunt et de iam dictus arbores ipsam meam uocem hoc ipsam medi[etatem] [totum ab inte]grum cum exiis et regresiis eorum, ut teneatis uos de [uita] uestra unum simulmente et donetis ipsa tasca per singulos annos [perpetualiter] et post uestro discessu de uos ambos teneat Bernardus filio uestro et possideat ille et [posterita] sua quales ille elegerit et fideliterente donent ipsa tascha et non donnent alium censem ad nulla persona, hominum uel femina. Et est manifestum. Quem uero predicta hec omnia de meo iure in uestro trado dominio et potestate, ad uestrum proprium, sicut superius est scriptum. Quod si ego donatrice aut ullusque uiuens qui contra ista carta donatione uenerit pro intrupendum aut uenere, non ualeat hoc uindicare quod requirit set [ita] semper uobis componam aut componat induplo cum omnem suam imeliorationem. Et inantea ista carta donatione firma permaneat omnique tempore. Et propter hoc dabo tibi ego Bernardo solidos .VIII. denariorum monete optime. Et nichil exinde non remansit

Facta ista carta donationis .XV. kalendas decembris, anno .XXI. regnante Henrico rege.  
Ermesindis, comitissa, qui [confirmo] hoc et in potestate uestra trado et signum manum meam impressi. (*cruz*).

Sendredus, sacer *sss*. Sig+num Amatus Suniarii. Ermemir, sacer *sss*. Sig+num Bonifilii quarta parte. Sig+num Ermemir [*Villasicca*]. Sig+num Galin Adroani. Sig+num Iozfret de [*Font*].

Sig+num Ato. Sig+num A[matus], [*ypodiachonus*]

Ita ego Ermesindis, comitissa, notum faciam tam presentibus quam futuris quia pro hanc dabo tibi Bernardi predicta omnia propter donum quod [ hac auus adquepid tuus Guaza Miro de uiri meo dominus Remundus, comite, tascham donandi]

Oliba, sacerdos, qui hoc scripsit et subscrispsit *sss* die et anno quod supra.

## 169

1052, junio, 7

*Los monjes de Sant Feliu de Guíxols aclamaron como abad al monje Arnau. Éste ya regía los destinos del cenobio desde 1043 fecha en la que el abad Oliba dio su consentimiento tras la enorme presión ejercida por la condesa Ermesèn para que así fuera.*

A. Girona. ADG, Sant Feliu de Guíxols, caj. 1, legajo 1, nº 6.

Ed. Villanueva, *Viage*, XV, ap. I, pp. 209-213. Ext. de A.

Ed. Calzada, E. <<Acta de l'elecció i consagració d'Arnau, abat del monestir de Sant Feliu de Guíxols l'any 1052>> en XX Assemblea Intercomarcal d'Estudiosos, pp. 94-97 (reproducción fotográfica y versión catalana), Sant Feliu de Guíxols, 1977, ex. A.

Ed. Cervera, J. M. *Història del monestir de Sant Feliu de Guíxols*, pp. 92-94, Olot, 1984.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 62.

Ed. Junyent i Subirà, Eduard. *Diplomatari i escrits literaris...*, p. 410

Ed. Martí, Ramón. *Collecció diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento 261.

Cf. Aurell i Cardona, Martí. *Les noces del comte...*, p. 212.

TOCIUS CREATURE CONDITIONATOR ATQUE OMNIUM SECULORUM AUCTOR  
OMNIPOTENS DEUS. Cum in primordio seculi uniuersam conderet machinam mundi,  
hominem fecit cui cuncta create subegit atque ut ille homo factus ad similitudinem Dei  
immaginis non tumeret fastu aelationis, altos decreuit preficere aliis, quos preuidit proficere suis  
obtemperando preceptis. Unde etiam et in antiquis prioribus postquam mundus per diluuium  
proprias poenas luit, secundum proprias qualitates gencium reges ibi de legit, qui et suis  
obediendo iussis digna reciperent pre factis, et contempentes dignis artarentur flagellis. Sic et in  
populo Israelitico de seruitute Aegipti cruento per misterium rubi mitissimum Moisen ductorem  
elegit populi, ac legislatorem constituit ei, non respiciens eius infacundam sermocinationem, sed  
animi longanimitatem, ostendens in eo figuram rubi implendam, qui ardens incombustus  
permanebat; ita et hic super omnes homines mitissimus inter murmura et importunitates nefandi  
populi inconcussus perstitit, ac per pacienciam sui furorem iudicis tremendi in populo  
crassantem mitissime temperauit. Ab eo uero populos tocius ordinis sub regimine uoluit esse  
rectorum ut uitam et mores immitando eorum, ita gradiantur tramite recto post eos ipsum sequen-  
tes iuxta Psalmiste sententiam: qui in uirtute sua dominatur in aeternum, cuius oculi super gentes  
respiciunt ut exasperantes in semedipsis non exaltentur, sed adtententes eiusdem prophete  
uocem per pacientiam immitentur quod dicit: imposuisti homines super capita nostra. Sicque  
prauorum iniurias tolerantes inducantur in refrigerium sempiternum. Quapropter nos monachi  
cenobii Gixalensis sub regimine degentes martiris Christi Felicis, destituti solacio Landerici  
patris, qui miro nos fouebat amore dilectionis, necne orbati solamine Bonifilii uenerandi abbatis,  
qui paucu post eum rexit locum termino temporis, tantorum patrum imbuti testimo niis,  
preuenimus domnam Ermessindem, nutu Dei comitissam, amaticem sancte religionis,  
domnumque Petrum, pontificem ecclesie Gerundensis, uirum summe uirtutis, nepotemque eorum  
domnum Reimundum, gratia Dei comitem excellentissime nobilitatis, petentes dari nobis  
pastorem ab eis, sub quo uiueremus in ordine beati sanctissimique patris Benedicti. Tandem illi  
sollerti ut erant ingenio prediti, consilioque prudentissimi interdixerunt terminum Dominum  
exorandi, quo eis dignaretur ostendere cui comiterent dominium loci prescripti. Dehinc uero

comitissa prefata apud Gerundam arcessiuit presulem Saedis Ausoniae, uenerandum Oliuam, qui in sui regiminis curam magnam regebat monachorum normam, petiuitque ab eo sibi concedi uirum nomine Arnallum, qui olim illustris emicuit in seculo, et dono diuine gratie abitu seculari relicto, summa conuersatione militans Deo in magni archangeli Mikaelis Coxanensis cenobio inter perfectos cenobitas collo aposito deuotus degebat sub regule iugo. Quod cernens prefatus antistes non modico merore turbatur animi, anxeque tabescens prohibet sibi talia fari, ne tantum uirum a se cogat dissotiar. Illa autem diuine gratie ardore succensa, nequaquam se a tali petizione compescens, assidue ne eum sibi denegaret exorans interpellabat ita inquiens: << Ego tibi mille in seruicio Dei homines dedi: saltim unum non mihi studeas proiberi>>. Sic tandem inuitus assensum dedit eius uoluntati, caepitque animum conqueri secum fratrī predicti, si hoc posset liceri sue simplicitati. Ille uero spiritu sume deuotionis plenus indignum se testabatur in omnibus, qui adhuc non plene imbutus monasticis institutionibus, seque insciū et insegnem fatebatur in legibus ne dominaretur fratribus tali sub regula militantibus. Tunc demum plurimis compellentibus primatibus, diuersorumque ordinum cateruis contra se reluctantibus pleniter excusatur cum prefato presule quasi liber a iam dicta urbe in crastino profecturus. Qui cum totam noctem ducerent peruigilem, apropinquante die percelebrato iam oficio misse a predicto presule quoram sacratissimo eiusdem martiris Christi corpore, antequam idem presul a loco altaris discederat, nutu Dei et intercessione martiris predicti, actum est ut eadem comitissa ad eum accederet cum fiducia magna deposcens sub predicti martiris coniuratione, quatenus ui cogeret fratrem assumere ipsius loci regimen, hoc inter cetera minitans quod pene desertus monachis inhabitabilisque locus proxime fieret, nisi eius curam ipse susciperet; hac sic potestati presulis locum tradidit, ut dignum dispensatorem domni Dei ipse preuiderer. Hoc intuens uenerandus presul Oliua, dissolutus in lacrimis uoluntati eius cessit, arcessitumque ad se eumdem fratrem dixit: uideo, frater karissime, quia non possumus Dei uoluntati contraire. Oportet te hoc onus suscipere, ad quod Christus te dignatus est promouere, ut ualeas animas illuc tibi comissas in Deo lucrare. Ipse uero hoc omnimodo facere rennuens, quanto a ceteris clamabatur dignus, tanto a semetipso aestimabatur inscius. Quid multa? Coactus implet iussionem patris predicti; inuitus suscipit regimen loci. Quem adortantes prefati principes, ac diuersi ordinis primates, ut in gradu abbatum ordinaretur cum benedictione, omnino distulit fieri sub maxima excusatione per .VIII. annos, ita strenue regens predictum cenobium, ut plus uideretur subiectus sibi prelati, quam estimaretur prelatus subiectis, immitans illam uocem dominicam per quam Dominus de semedipso dicit: Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemtionem pro multis. Deinde sicut assolet iustis euenire ut eant de uirtute in uirtutem, et uideatur ab eis in Sion Deus deorum, amonitione domini pontificis Berengarii, qui post Petrum Gerundensem regit ecclesiam, necne adortatione comitis supra dicti Reimundi ac importunitate uenerabilis comitis Ermessindis, ceterorumque primorum sedis prescriptae atestatione, scilicet, Arnalli Dalmachi et Reimundi Guisadis Arnallique Adalberti atque Umberti Ugonis, archidiaconorum, et Poncii, caput scole Bonifiliique custodis ac aliorum canonicorum assensione et nostra assidua supplicatione suasus peticioni nostre assensum dedit taliter inquiens: non possum iussioni Dei, et uestre uoluntati inprobis esse, ne ex preterita inobedientia indicium Dei queam incurrere. Proinde nos eius clientuli simul in unum collecti, uidelicet Guilelmus, monachus, Petrus, monachus, Udalardus, monachus, Vitalis, monachus, Petrus et alter Petrus, Symeon et Iohannes, Poncius et Benedictus, alter Poncius et Reimundus, Bernardus et Vitalis, ceterique militantes sub tegmine predicti cenobii, obtamus hunc nobis datum pastorem, prout

debet, ordinari abbatem, quia nouimus eum nobis prodesse magis quam preesse. Scimus enim eum uirum sume nobilitatis, excellenti ingenio preditum, timentem Deum, mittem, sobrium, castum, misericordem, humilem, decoratum obtimis moribus, infirmis et indigentibus atque in alico merore constitutis semper compacientem, ductorem aeterne patriae, uerbo et exemplo subditis uiam ostendentem qua liceat peruenire: ita ut iuxta preceptum beati Benedicti, uices uideatur in nobis agere Christi, immitans semper illud Apostoli: omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Et ideo aclamamus exultationis uoce tantum uirum nobis abbatem preesse. Extollimus eum mentis deuotione, subdimus nos eius dominio cordis humilitate, ut existens nostri pastor secundum monastici ordinis tradicionem, imitemur morum eius conuersationem, quatenus cum eo mereamur in caelis beatam habere possessionem. Igitur ego Berengarius, iam dicte sedis presul, hunc uirum a uobis oblatum consecro atque sanctifico, et in pastorali regimine uobis abbatem concedo, et rectorem animarum uestrarum Deo iuuante optimum constituo.

Explosum huius acclamationis et ordinationis titulum, .VII. idus iunii, anno .XXI. regni Einrici regis, in presencia predicte Ermessindis, comitisse et plurimorum procerum regionis huius, feria .I. die sancto Pentecosten, coram domno Reimundo, gratia Dei comite.

Reimundus, comes. (*Cruz*)Ermessindis, gratia Dei comitissa. (*Cruz*) Poncius, gratia Dei comes(*cruz*). (*Curz*)Berengarius, gratia Dei Ierundensis episcopus (*cruz*). Umbertus, archileuita. Umbertus Oto (*cruz*). Gaucefredi Audegarii (*cruz*). Gwilielmus, monachus et presbiter. Petrus, monachus. Vitalis, monachus. Iohannes, monachus. Simeon, monachus. Poncius, monachus. Benedictus, monachus. Poncius, monachus. Bernardus, monachus. Reimundus, monachus. Vitalis, monachus. Poncius, leuita et caput scole atque iudex, *sss*. Eneas, Bernardus Gaucefredus(*cruz*).

Sss Petrus, monachus et presbiter, qui hoc acclamationis et ordinationis titulum scripsi et sub *sss* die et anno quo supra.

[ c.1053]

*Litigio que enfrentó al conde de Barcelona, Ramon [Berenguer I] con Artau Guadall. Ambos se disputaron la posesión del castillo de Begur donado en su día por la condesa Ermesèn a dicho Artau.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp 22, nº 211.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 22, nº 211 dupl. Copia siglo XII.

Ed. Montsalvatje, *Noticias*, XV, ap. MMCXCVI.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera, documento nº 410.

Nos Guilelmus, Ausonensis episcopus, et Guilabertus, Barchinonensis episcopus, pariter iudicauimus in castro Gerundela, ut si uerum esset quod Artallus Gudalli sic iurasset a destrun Remundo, comiti, sicut comes dicebat, sicut postea uerum esse uidimus et audiuimus. Lecta scripture sacramentali coram nobis et aliis multis optimis uiris quam Artallus iurauit quia illud donum de castro Begur et de suo honore, quod comitissa Ermesindis fecerat Artallo iam dicto, postquam iam dictus Artallus sic iurauit comiti, sicut comes dicebat et scriptura predicti sacramenti testatur, predictus Artallus non habebat directum in ipsum donum de predicto castro et de predicto suo honored quod adquisierat de predicta comitissa. Et debebat finire iam dictus Artallus predictum donum et predictum honorem de Begur, iam dicto comiti. Set mala facta quae Artallus et sui aut aliquis homo per istam rancuram de Begur fecerant iam dicto comiti, predictus Artallus debebat emendare omnia iam dicto comiti. Et dapnum omnem quod predicto comiti aduenerat per istam rancuram de Begur, Artallus iam dictus similiter debebat emendare iam dicto comiti. Et si Artallus et sui accepissent aliquod malum per istam rancuram de Begur, debebant illud malum deportare et finire iam dicto comiti et eis qui illud malum fecerant. Et Artallus predictus dedit predicto comiti Raimundo septem fideiussores, unumquemque per mille solidos, ualentibus .XX. uncias auro Barchinonensis monete, ut faciat hoc presens suprascriptum iudicium iam dicto comiti intre et octo dies quibus predictus comes requisierit supradictum iuditium a iam dicto Artallo usque ad festiuitate sancti Michaelis primam uenientem de septembri mense Et si Artallus predictus non fecerit hoc presens supradictum iudicium iam dicto comiti intra prescriptos octo dies, sicut superius scriptum est, tunc isti septem fideiussores, Berengarius Renardi et Arlucio et Gaucbertus et Matfredus, fratres et Guilelmus de Tedi et Bonifilius Ballefredi et filius Vitalis, cito donent, sine engan de predicto comite, unusquisque per se mille solidos, ualentibus .XX. uncias auri Barchinonensis monete, iam dicto comiti. Et conuenit Artallus predicto comiti ut si aliquis ex istis fideiussoribus interea mortuus fuerit aut defuerit, Artallus predictus donet alios fideiussores iam dicto comiti, pro eis qui mortui fuerint aut defuerint, et hoc sit factum, sine engan, de predicto comite.

Huic iudicio et placito interfuerunt in predicto castro de Gerundela, coram predicto comite, domna Almodis, comitissa et Guilelmus, comes Bisuldunensis et Guilelm Dalmacii et Poncius, uicecomites et Aeneas et Berengarius, abba et Gaucbertus Guilelmi et Udalgaricus, uicecomites et Remundus Ademari et Arnallus Iohannis et Bernardus Iohannis et Andreas abba et Bernardus Arnali et Reimundi Arnalli et Reimundus Guilelmi et Berengarius Bernardi et Adalbertus Guitardi et Mironis Guifredi et Remundus Guifredi.

Wilelmus, gratia Dei episcopus (*cruz*). (*Cruz* Guislibertus, gratia Dei episcopus.

[c. 1053 – 1057, junio, 4]

*Ramon, hijo de Guisla, vizcondesa de Cardona, prestó juramento de fidelidad a Almodis, tercera esposa de Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona. En él consta como Ramon [Folc], vizconde de Cardona desde 1040, se mantuvo fiel a la condesa Ermesén quien conservó el poder condal en Girona.*

Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, nº 63 duplicado. Copia siglo XII.  
Ed. Miquel Rosell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 204.  
Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, pp. 223-224.

Iuro ego Reimundus, filius qui sum Guile, uicecomitis, quod hab hac die et deinceps fidelis ero tibi domne Almodis, comitis, filia qui es Amelia, femina, per directam fidem, sine engan, et sine fraude et malo ingenio, et sine ulla deceptione, de tua uita et de tuis membris quae in corpore tuo se tenent et de omni honore quod dominus Raimundus, comes, tibi habet datam et inantea dederit, exceptus ipsum honorem quem ego teneo in comitatu Gerundensem per Ermessindem, comitissam.

Sicut superius scriptum est, si o tenre et o atendre ego predictus Raimundus tibi predicte comitis per directam fidem, sine engan, exceptus hoc quod tu iam predicte comitis me absolueris tuo grato animo, sine forcia. Per Deum et istos sanctos.

[c.1053- 1058, marzo,1]

*Ramon Folc, vizconde de Cardona, juró fidelidad a Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona, en todas sus posesiones menos en lo “honores” que él poseía gracias a la condesa Ermesèn.*

- A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramon Berenguer I, carp. 20, nº 63.
- B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 20, nº 63 dupl. Copia siglo XII.
- [C]. Barcelona. ACA, *Liber Feudorum Maior*, fº. 224. Copia final siglo XII, perdida.
- Ed. a. Miquel Rosell, *Liber Feudorum Maior*,I, doc. 203.
- Ed. Feliu, Gaspar-Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 516.

Iuro ego Reimundus, filius qui sum Guisle, uicecomitis, quod ab ac die et deinceps fidelis ero tibi domno Raimundo, seniori meo, filius qui fuisti Santie, cometisse, per directam fidem, sine engan et sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione, de tua uita et de tuis membris que in corpore tuo se tenent et de omni tuo honore quem hodie habes et in futuro adquisitus eris. Et ego Raimundus iam dictus adiutor ero tibi iam dicto seniori meo Raimundo a tenere et ad habere et defendere ipsam ciuitatem quam dicunt Barchinonam et ipsum comitatum quod dicunt Barchinonensem et episcopatum Sancte Crucis et Sancte Eulalie et ipsum comitatum quod dicunt Penitensem et ipsum comitatum quod dicunt Ausona et ipsam ciuitatem quam dicunt Minorisa et ipsum episcopatum Sancti Petri de Vico et ipsam ciuitatem quam dicunt Gerundam et ipsum comitatum quod dicunt Gerundensem et ipsum episcopatum Sancte Gerundensis, exceptus ipso honore quem teneo in Gerundensi comitatū per Ermessendem, comitissam. Et ego predictus Raimundus no uetabo tibi iam dicto Raimundo, seniori meo, potestatem de ipsis castris ubi staticam habes et unde potestatem habere debes per quantas uices eam mihi requisieris, per te aut per tuos nuntios uel nuntium. Et sunt ipsos castros Gerundela et Farners et Tagamanent et Castel Talad. Et non habebo finem nec societatem cum ipsis hominibus qui deuetassent tibi iam dictos castros usquequo recuperatos eos habuisses. Et ego Raimundus iam dictus adiutor ero tibi a tenere et ad habere et defendere ipsum honorem et ipsas parias quas tu, hodie habes de Ispania, et inantea adquisitus eris, et ipsum castrum de Camarasa, et ipsum castrum de Cubels et castrum de Ceruaria et castrum de Tamarid.

Sicut superius scriptum est, si ho tenre et o atendre, ego iam dictus Raimundus tibi predicto Raimundo, seniori meo, per directam fidem, sine tuo engan, excepto hoc quod tu predicte Remunde me absolueris tuo grato animo, sine forcia. Per Deum et istos sanctos.

1054, marzo, 5

*Ermesèn y su hijo el conde Berenguer [Ramon I] donaron en su día a Guillem Arnau, la villa de Cellers, en el condado de Pallars, con todos sus términos, habitantes y pertenencias. Ahora los albaceas de éste, cumpliendo la voluntad del difunto, hicieron donación de esta propiedad a la canongía de Santa Maria de la Seu d'Urgell.*

[A]. Original perdido.

B. Urgell. ACU, *Liber dotaliorum ecclesie Urgellensis*, I, fº 184v, doc. 578. Copia del s. XIII.  
Ed. Baraut, Cebrià. <<Els documents del segle XI>>. *Urgellia*, Vol. VI, documento nº 665.

In nomine Domini. Ego Arnall Raimundo et Guillelm Igila et Iozfret Ollofrez, nos simul in umum sumus manumissores de homine nomine Guillelmo Arnall condam. Mandauit nobis atque iniuncxit omnem suam helemosinam et precepit nobis et dixit adhuc sua loquela plena et memoria integra, ut si de ipsa egritudine mortuus fuisset qua tenebat nos suprascribti manumissores kartam fecissemus ad predicte aule Sancte Marie sedis uico, ad ipsa canonica de ipsa uilla que dicunt Celers quia ad illum aduenit per donacione de Reimundo, comite, seniore suo et Ermesindis, comitissa, mater sua, unde illi prompto animo bonaue uoluntate kartam illi fecerunt et in manu sua roborauerunt ad suum plenissimum proprium. Et est ipse alaudis que dicunt Celers in comitatu Pallariensi. Abet affrontaciones de parte orientis in amne Nocharia et de meridie in monte que uocant Sicho et de occiduo affrontat in ipsa Guardia que nominat de Ermelolfo, de parte uero circi peruenit ad ipso reg de Lezeto. Quantum isti termini ambiant et istas affrontaciones includunt, sic facimus nos karta suprascribti manumissores ad iam dicta ecclesia Sancte Marie Sedis ad ipsa canonica, per mandamento de Guillelmo condam, de illam uillam iam dicta Celers, cum terminos et fines et omnia sibi pertinencia et cum exiis et regressiis earum et cum suis puis et suas rochas et suis fontanulis et suis garris et cum suis decimis et primiciis et suis funtionibus et reddibicionibus et cum ipsis homines qui in ipsa uilla habitant, uel inantea aduenerint uel proprium adquisierint ad est hedificium fecerunt ab omni integritate. Ut ipsa sancta Dei genitrix intercessor existat pro peccatis suis ad dominum Deum nostrum. Et est manifestum. Si quislibet homo aut femina qui contra ista karta helemosinaria uenerit ad inrumpendum non hoc uindicet quod requirit sed primis ira Dei inueniat et a Patre et Filio et Spiritu Sancto et alme uirginis Marie sit excomunicatus et a liminibus sancte Dei ecclesie segregatus, sicut sancti patres sanxerunt in Niceno concilio et cum Iuda proditore in inferno dampnatus. Et insuper ista omnia suprascripta componat in quadruplum sicut dicit ordo canonica.

Facta est ista karta helemosinaria .III. nonas marci, anno XXº.IIIº. Aianrici regis.

Sig+num Arnall. Sig+num Guillelm Igila Sig+num Iozfred, qui ista karta donacionis siue helemosinaria fieri iussimus et testes firmare rogauimus. Sig+ num Ricolfo Anton. Sig+num Sanc Nefrido. Sig+num Mir Ricalfo.

Adalbertus, presbiter, rogatus scripsit et sss die et anno quod supra.

1054, abril, 24

*Ermesèn donó al matrimonio Edelgod-Sabrosa una finca rústica situada en la parroquia de “Sancte Marie uel Sancti Stephani de Calidis”(Santa Maria y Sant Esteve de Caldes de Malavella), condado de Girona.*

Ed. Miquel Rosell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 390.  
Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...,* p. 67.

In Christi nomine. Ego Ermessindis, gratia Dei comitissa, donatrix sum uobis Edelgod et uxoris sua Sabrosa. Dono namque masada una de terra uobis iam dictis Oldegod et iam dicta Sabrosa, culta e inculta, cum ipsis arboribus qui ibi sunt; fuit condam hominem nomine illa Sulima uel Rimla, monacho uel successoribus suis. Sunt autem hec omnia in comitatu Gerundensi, intra parrochia Sancte Marie uel Sancti Stephani de Calidis. Affrontat iam dicta terra a parte orientis in termino Riurani uel in alodo Bannarola, de meridie in stagno uocato Fachil, de occiduo in [Castro] Vetulo, a parte uero circio in Riui Torti uel in Serra Mala. Quantum iste tote affrontaciones includunt uel includuntur, sin dono uobis prescripta omnia, id est, masada una de terra, tota ab integro, cum suis pertinenciis omnibus et cum suis et earum regresiis, sub tali, uidelicet, conuentu et ratione, ut libere et quiete habeas uel teneas prescripta omnia in meo seruicio de me, prescripta comitissa, uel successoribus meis et ut facias inde ipsum seruicium et dones ipsum censem mihi uel successoribus meis quod soliti erat dare et facere in preteris temporibus successoribus meis et sit tibi licitum iam dicta omnia uindere, donare, comutare tuo simile pagense et ut, in Christi nomine, firmam obtineas potestatem per manculos .VIII. quod mihi dedisti. Quod si ego donatrix aut ullus homo uel femina ex qualibet persona, qui contra ista scriptura donacionis uenero uel uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeam uel ualeat uendicare quod requisiero uel requisierit, sed componam uel componat sibi iam dicta omnia in duplo cum sua melioracione. Et postmodum presens scriptura donacionis in omnibus obtineat roborem.

Facta ista scriptura donacionis .VIII. kalendas madii, anno .XXIII. regni Henrici, regis. Ermessendis, nutu Dei comitissa, qui ista scriptura donacionis fieri iussit, fecit, firmauit et testes firmare rogauit. Sig+num Bernardi Moratoni. Sig+num Archimballi. + Elias. Sig+num Suniarii. Sig+num Bertrandi de Peratallada. Sig+num Guilielmus Viscafredi. Sig+num Seniofredi, baulio. Sig+num Seniofredi, saioni lepto. + Adrorarius, presbiter, qui ista scriptura donacionis scripsit rogatus, cum literas superpositas in locis plurimis, die et anno quo supras.

1054, mayo, 31

*En presencia de la condesa Ermesèn el clérigo Guitard hizo donación a la canongía de la Seo de Girona de un alodio situado entre la parroquia de Fornells y las villas de Campdorà, Mata y Viladesens, así como de una casa localizada en Girona construida al lado de la torre vizcondal.*

[A]. Original perdido.

B. Girona. ADG. Cartoral de Carlemany, ffº 260b-261b.

Ed. Marquès, Josep M. *Cartoral, dit de Carlemany...*, Vol. I, documento nº 114.

Cf. Martí, Ramón. *Col.lecció diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 271.

In Dei nomine. Ego Guitardus, clericus, donator sum Deo et canonice Sancte Marie. Per hanc scripturam donationis mee libere dono Deo et canonice Sancte Marie totum alodium quod ego habeo uel habere debedo siue teneo in omni episcopatu predice Sancte Marie, cum omnibus pertinentiis que ad ipsum alodium pertinent. Quod alodium mihi, predicto Guitardo, aduenit per parentelam meam uel per hereditatem patris mei siue per Arnallum Gaucefredi, fratrem meum, qui iam obiit siue per qualemcumque uocem et auctoritates. Quod iam dictum alodium est infra parrochiam Sancti Cucufati de Fornells siue in uilla Campo Taurani siue in uilla de Mata siue in Villa de Asinis. Et similiter dono predice canonice Sancte Marie domum meam quam ego habeo infra muros Gerunde ciuitatis, sub turre uicecomitali, quam emi de Gascha femina, que fuit uxor Olibe Durandi militis, qui solitus erat manere in iam dicta uicecomitali turri cum omnibus pertinentiis uel affrontationibus pertinentibus ad dictam domum. Que predicta omnia libere dono Deo et canonice Sancte Marie, sicut superius scriptum est, siue de mea potestate in suum trado dominium et potestatem totum ab integro, cum exiis et regressiis eius, cum domibus que ibi sunt, uel fuerint siue pertinentiis, uel affrontationibus que pertinent ad predictum alodium siue ubicumque inueniri poteri[n]t, de meo alodio in omni episcopatu Sancte Marie, sicut superius scriptum est, totum trado illud in potestate canonice iam dicte. Unde dominus Berengarius, episcopus predice sedis, siue canonici eiusdem sedis dederunt mihi locum in predicta sede siue uictum in predicta canonica ut ibi clericaliter uiuam et seruitum Dei faciam. Quod fuit factum in presentia domne Ermesendis, comitisse, siue cum eius consilio et auctoritate uel aliorum bonorum hominum qui ibi aderant, et hoc fuit factum ante altare predice Sancte Marie, in coro uidelicet eiusdem. Quod si ego donator aut ullus alias homo uel femina uenero uel uenerit contra hanc scripturam donationis ad inrumpendum, non hoc ualeam uel ualeant vindicare quod requisiero uel requisierint, sed componam aut componant Deo et canonice Sancte Marie hec omnia iam dicta in triplo cum sua inmelioratione et insuper anathemate feriantur. Et in postmodum hec scriptura donationis firma et stabilis permaneat omni tempore.

Facta scriptura donationis .II. kalendas iunii anno .XXIII. regni Henrici regis.

Guitardus, clericus, qui hanc scripturam donationis feci, firmaui et firmari rogaui.

(Cruz)Guitardus, clericus. Eneas. (Cruz)Ermesendis, gratia Dei comitissa. +Sig+num

Ermesendis, uicecomitissa. Sig+num Raimundo Guilielmi. Sig+num Mironis Uiscafredi.

Sig+num Archimballo Guilielmi. Sig+num Soniarius. Bernardi Guilielmi, leuite.

Adrouarius, presbiter, qui istam scripturam donationis scripsi rogatus sub die et anno quo supra.

1054, septiembre, 11

*Ermesèn es citada en la “convenientia” llevada a cabo entre los condes de Barcelona y Besalú, es decir, Ramon [Berenguer I] y Guillem [II].*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp 12, nº 154.

Ed. Montsalvatje, *Noticias*, XV, ap. MMCLXXXVIII.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 437.

Hec sunt placita siue conuenientie que fuerunt facta uel facte inter Remundum, comitem Barchinonensem, filium Sancie, comitisse et Guilelmum, comitem Bisuldunensem, filium Adalezis comitissae. Notum quippe sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod uenit iam dictus Guilelmus, comes Bisuldunensis, in Barchinonam ciuitatem et fuit ibi comotum placitum inter illum et iam dictum comitem Remundum, et tunc fuit ibi iam dictus Guilelmus, comes, homo iam dicti comitis Remundi comendans se ei et iurauit illi fidelitatem. Et conuenit illi iam dictus Guilelmus ut ita sit suus ut non desideret eum nec acontet, nec per se nec per ullum hominem nec feminam, nec ullo modo tollat se de suo hominatico neque de fidelitate sua. Et si esset aliquis qui iam dictum comitem Remundum deffidasset uel acontaset per iam dictum Guilelmum, comitem uel in loco iam dicti Guilelmi comitis, non sinet in deffidamentum nec acontamentum ad iam dictum Remundum, comitem, nec in ullum suum dampnum neque in desximento hominatici siue pignorum stet Guilelmo, prescripto comiti, nec iam dictus Guilelmus, comes, auctoritzet ipsum desfidamentum uel acontamentum. Et conuenit illi iam dictus Guilelmus, comes, ut reddidiset ad eum cartam quam Berengarius, comes, filius Ermessindis, comitisse, fecit de castris de Fenestris siue de castro Coltort ad comitem Guilelmum de Bisulduno, filium de Tota, comitissa, si aliquo modo eam abere potuerit iam dictus Guilelmus comes, filius Adalezis comitisse. Et si eam abere non potuerit, iuret ei per unum caballarium quod iam dictus Guilelmus, comes, filius Adalezis, comitisse, nec scit eam nec abere potest eam nullo modo. Et si inantea inuenire eam potuerit ullo modo, reddat eam iam dicto Remundo, comiti. Et hoc totum sit in sacramento iam dicti caballarii. Et tunc predictus Guilelmus, comes, recognouit ibi ipsum directum quod predictus comes Remundus debebat abere in iam dictis castris de Fenestris siue in castro de Coltort et in eorum terminis et pertinenciis. Et postea iam dictus Guilelmus, comes, tradidit et iachiuit iam dictos castros de Fenestras et castrum de Coltort, cum eorum terminis et pertinenciis, in potestatem iam dicti Remundi, comitis. Et postea fecit iam dictus Guilelmus, comes, cartam de iam dictis castris de Fenestris duobus, uidelicet, cum eorum terminis siue pertinenciis, et de iam dicto castro de Coltort, cum suis terminis et pertinenciis, ad iam dictum comitem Remundum, ita sicut Berengarius, comes, filius Ermessindis, comitisse, uendidit atque donauit Guilelmo, comiti de Bisulduno, filio de Tota, comitissa. Et iam dictus Guilelmus, comes, filius Adalezis chomitisse, conuenit iam dicto Remundo, comiti, ut adiutor sit illi at tenere et ad abere, sine enganno de iam dicto Remundo, comite, Gerundensem comitatum et ipsam ciuitatem de Gerunda et episcopatum Sancte Mariae sedis Gerundensis, cum omnibus suis pertinenciis et omnes castros qui sunt in iam dicto comitatu, cum illorum terminis et pertinenciis et omnes rocas et puios, condirectos uel

discondirectos, qui sunt in iam dicto comitatu et omnes pertinencias quae pertinent ad iam dictum comitatum. Et adiutor sit ei a tenere et ad abere ciuitatem Barchinonam et comitatum Barchinonensem et episcopatum Sanctae Crucis et Sancte Eulalie, cum omnibus suis pertinenciis et omnes castellos qui in iam dicto comitatu sunt, cum eorum pertinenciis et omnes rocas et puios, condirectos uel discondirectos, qui in iam dicto comitatu sunt, et omnes pertinencias quae pertinent ad iam dictum comitatum. Et adiutor sit ei a tenere et ad abere ipsum comitatum de Ausona et episcopatum Sancti Petri Ausonensis, cum omnibus suis pertinenciis et omnes castellos et rocas et puios, condirectos uel discondirectos, qui in iam dicto comitatu sunt et omnes pertinencias que ad iam dictum comitatum pertinent. Et iam dictus Guilelmus, comes, conuenit iam dicto Remundo, comiti, ut adiutor sit ei a tenere et ad abere omnes abbatias cannonicales uel monacales, cum omnibus illarum pertinenciis, et omnes terras et omnes castellos, quos uel quas hodie abet uel inantea adquisitus erit per consilium iam dicti Guilelmi, comitis. Et iam dictus Guilelmus, comes, conuenit iam dicto Remundo comiti ut adiutor sit ei a tenere et ad abere omnes ipsas parias quas hodie apprehendit de Ispania de qualibuscumque locis ille eas apprehendit et alias parias quas adquisitus erit predictus Remundus, comes, cum consilio iam dicti Guilelmi, comitis. Et iam dictus Guilelmus, comes, conuenit predicto Remundo, comiti, ut adiutor sit ei a tenere et ad abere suprascripta omnia, sine enganno de predicto Remundo, comite, contra cunctos homines uel feminas qui tulerint ei prescripta omnia aut aliquid de prescriptis omnibus. Et iam dictus Guilelmus, comes, conuenit ad iam dictum Remundum, comitem ut, de ista die inantea, per ipsas forsfacturas uel malefactas quas factas abent uel fecerint homines de Gerundensi comitatu siue de Ausonensi comitatu siue de Barchinonensi comitatu ad iam dictum Guilelmmum, comitem, uel ad suos homines, quod ipse Guilelmus iam dictus non caualgabit in predictis comitatibus, nec ipse, nec homo per suum mandamentum neque per suum consilium, nec se uindicabit, nec ipse nec sui, de hominibus terre prescripti comitis Remundi usquequo sit fatigatus in iam dictum comitem Remundum per tres mense de directo siue de iusticia de ipsis hominibus qui fecerint iam dictas forsfacturas siue malefactas. Et iam dictus Guilelmus, comes, conuenit iam dicto Remundo comiti quod si ei necesse aut opus fuerit et Remundus prescriptus adiutorium prescripti Guilelmi, comitis, requisierit, per se aut per suos missos uel missum, iam dictus Guilelmus, comes, faciat ei ipsum adiutorium secundum suum posse, sine enganno Remundi, comitis, exceptus si es non abuerit sine engan de passione, uidelicet aut de persone aut de aqua, aut si comes de Cerdania, aut comes Impuritanus, aut comes de Russilione, aut comes de Carcasona, aut uicecomes de Narbona, aut archieписcopus de Narbona bastierit uel bastierint castellum aut castellos contra iam dictum Guilelmmum ,comitem, et iam dictum bastimentum non sit factum cum assentimento neque cum consilio de iam dicto comite Guilelmo. Et iam dictos esos transactos iam dictus comes Guilelmus stet in conuenienciis et pignoribus quas abet factas siue missas ad prescriptum comitem Remundum. Et iam dictus Guilelmus, comes, conuenit iam dicto Remundo, comiti, ut supradictos adiutorios, sine enganno de iam dicto Remundo, e[os] faciat, et comonir non se deueo, necnon se destollat ad predictum Remundum, nec ad suos missos uel missum, nec ille nec sui nuncii uel nuncius qui eum comonuerint uel comonuerit uel comonuere uoluerit reguardum ibi non abeat. Et iam dictus Guilelmus, comes, conuenit iam dicto Remundo, comiti, ut hec omnia suprascripta teneat atque attendat ad iam dictum Reimundum, comitem, exceptus quantum iam dictus Remundus soluerit iam dictum Guilelmmum, comitem, per grad, sine forcia et sine oblid. Et hec solutio non sit facta nisi cum Adalmus, comitissa, si uiua fuerit, et cum tribus aut

duobus bonis hominibus de iam dicto Remundo, comite. Et hec omnia suprascripta sic faciat et attendat iam dictus Guilelmus, comes, ad predictum Remundum, comitem, sine enganno de predicto Remundo, comite, exceptus quantum ipse absoluerit eum sicut supradictum est. Et si predictus Guilelmus, comes, se abstraxerit et non attenderit supradictas conuenientias iam dicto Remundo, comiti, aut si transgressus fuerit predictas conuenientias uel conuenientiam et non fecerit ei directum de ipsas forfacturas siue malefactas quas ei fecerit de predictis conuenientiis, quas ei non attenderit, si ipsum directum ei non fecerit infra primos sex menses postquam comonitus fuerit, si iam dictus Remundus recipere uoluerit et non perdonauerit ipsum directum libenti animo, [si]ant in potestatem Remundi, comitis, prescripti ipse pignore quas prescriptus Guilelmus, comes, ei misit in pign[ora a] facere quodcumque uoluerit iam dictus Remundus, comes. Item conuenit iam dictus Guilelmus ad iam dictum comitem Rem[undum] quod si Remundus Ademari mortuus fuerit uiuente predicto Remundo, comite, iam dictus comes Guilelmus similiter mi[tt]at im pignora ipsum filium uel filios de Remundo Ademari, cum matre illius uel illorum qui predictos duos castros de Fenestres tenuerint uel tenuerit. Et si alias castellanus predictos castros tenuerit post obitum Remundi Ademari, ipse castellanus aut castellanos qui iam dictos castros de Fenestres tenuerit uel tenuerint iam dictus Guilelmus similiter mittat eos uel eum in ipsa pignora supradicta, cum predictos castros et cum eorum pertinenciis, sicut fecit Remundum Ademari. Et hoc sit factum infra primos tres (1) menses postquam predictus Remundus Ademari mortuus fuerit. Si uero iam dictus Guilelmus, comes, has supradictas conuenientias non attenderit et inde se extraxerit et infra predictos tres menses iam dictas conuenientias non adimpleuerit ad predictum Remundum, (2) incurrat ipsum castrum de ipsa Guardia, cum sua castellania et cum Remundo Bernardi, qui eum tenet, aut si ipse mortuus fuerit, cum suo filio aut castellano qui eum tenuerint uel tenuerit, in potestatem iam dicti comitis Remundi, senioris mei, ad omnia facere quodcumque uoluerit iam dictus Remundus. Et conuenit Guilelmus, comes, predictus Remundo, comiti predicto, ut si Remundus Bernardi suprascriptus mortuus fuerit uiuente Remundo, comiti, iam dictus comes (3)Guilelmus,(4) sicut superius scriptum est, de uxore Remundi Ademari et filiis eis et castellanis, (5) similiter prescriptus comes Guilelmus faciat de uxore Remundi Bernardi et filiis eius et de castellanis predictae Guardie.(6) Et hoc totum, superius scriptum, sit factum sine enganno. Et tune conuenit iam dictus Guilelmus, comes, ad iam dictum Remundum, comitem, ut similiter attendat iam dictas conuenientias filio iam dicti comitis Remundi cui predictus comes dimiserit Barchinonam et abuerit eam, et ipsum feuum quod Remundus iam dictus donat predicto Guilelmo, comiti, dederit ei aut emendauerit post mortem iam dicti comitis Remundi. Et si pignoras quas prescriptus Remundus miserit in potestatem predicti Guilelmi, comitis, incurrerint, absolute sint pignore quas Guilelmus, comes, misit Remundo predicto.(7)

Et hec placita siue conuenientie superius scripta uel scripte fuerunt facta uel facte in presentia Petri Remundi, comitis Biterrensis et Remundi Berengarii, vicecomitis, filii de Narbona et Bernardi Arnalli et Heccardi Odonis et Remundi Arnalli et Remundi Ademari et Arnalli Arnalli et Andreae Bernardi et Udelardi Bernardi et Remundus, filius Remundi Arnalli et Guilelmi Mironis et Arnalli Adalberti et Bernardi, filii Bernardi Adalberti de Nauata. Et ex hominibus iam dicti comitis Remundi fuerunt ibi; Amatus Eldrici et Berengarius, abba et Bernardi Mironis et Guilelmi, iudicis et Guilelmi Seniofredi et Dalmacii Bernardi de Petra Talada et Girberti Mironis et Miro Guifredi et Amati Gaufredi et Sancii Berengarii et Guilelmi Berengarii et Bernardi

Guifredi et Berengarii Remundi et Berengarii Bernardi et Berengarii Ermengaudi, aliorumque multorum militum siue bonorum hominum qui ibidem aderant.

Facta sunt autem hec superius scripta .III. idus sebtembris, anno .XXIIII. regni Henrici regis.

Sss Petrus, presbiter, qui has conuenientias scripsit, cum litteris fusis in uero.LXX.mo, die et anno quo supra.

- (1) cum omnibus suis pertinenciis *interlineada y escrito con una tinta más oscura por otra mano.*
- (2) *Sigue un espacio de dos líneas y media raspado.*
- (3) *Sigue suprascriptus rayado.*
- (4) *Sigue similiter rayado.*
- (5) *Sigue qui predictum castrum de ipsa Guardia tenuerit rayado.*
- (6) Et conuenit Guilelmus...predictae Guardie *añadido con tinta más oscura y por otra mano al final.*
- (7) Et si pignoras...*predicto añadido con tinta más oscura y por otra mano.*

1055, febrero, 18

*La condesa Ermesèn junto a su nieto el conde Ramon [Berenguer I] y a Berenguer, obispo de Girona, autorizaron al matrimonio Silvi Llobet y Adelaida la construcción de la iglesia de Santa María de Cervià.*

[A] Original perdido.

B. Barcelona. ACA, Monacales, Ms. 815. Copia de 1713. *Speculum de Santa Maria de Cervià.*

Ed. Marca. *Marca Hispanica*, col. 1099, doc. nº 238, ex. A?

Ed. To, L. *El monestir de Santa Maria de Cervià i la pagesia: una anàlisi local del canvi feudal.* Ap. 10, p. 205, Barcelona 1991.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...,* p.67.

Cf. Martí, Ramón. *Collecció diplomàtica de la Seu de Girona...,* documento nº 268.

In nomine Domine et saluatoris nostri Iesu Christi. Anno incarnationis eiusdem Domini nostri redemptoris millesimo quinquagesimo tertio, feria secunda post passionem Domini. Ego Siluius, cognomento Lobet et uxor mea, nomine Adalets, coepimus aedificare ecclesiam in honorem Domini et gloriosae Dei genitricis et perpetuae uirginis Mariae in loco quen uocant Ceruiano, fertilitate omni plenissimo et planicie pulchra iucundo, ubi sunt altaria in honore gloriosae Dei genitricis et perpetuae uirginis Mariae et sancti Michaelis archangeli et beatorum Petri et Pauli apostolorum consecrata. Facimus autem hoc cum consensu domini Raimundi, comitis gloriosi et senioris nostri, et domnae Ermesindis, gratia Dei comitissae et domni Berengarii, pontificis Gerundensis et cum consensu et uoluntate canonicorum eiusdem uenerandae sedis, ut in eodem loco simul construantur aedificia feruorum Dei usibus apta, qui ibi secundum legem beati Benedicti Deo semper seruant et regulariter uiuant. Et quia Deus nobis in hac uita filium dare non uoluit, nos offerimus ei de suis donis quae ipse nobis contulit hunc locum, ubi seruitum eius perpetualiter fiat, ut in loco filii morituri seruant Deo homines in aeternum uicturi et, quoniam in hac uita sine filio carnali uiuimus, per hoc quod ei offerimus talem mercedem consequi ualeamus ut in aeternum cum illo uiuere mereamur, et animae parentum nostrorum, qui nos in hoc seculo genuerunt, consequantur per hoc remissionem peccatorum et uitam aeternam in secula seculorum. S. mei Saluui, cognomento Lobet. S. Adalets. S. Raimundi, comitis. S. Ermesindis, comitissae. S. D. Berengarii, Pontificis Gerundensis.

In nomine Domini. Ego Siluio, cognomento Lobet, et uxor mea Adalets donatores sumus Deo et sancti Michaelis cuius monasterium qui cognominatur Clusa; situm est in regno Italiae, in monte supra uallem Seusa. Certum quidem et manifestum est enim quia placuit animis nostris et placet ut donationem fecissemus praescripti sancti Michaelis, sicuti et facimus, de alodium et Ecclesiam quam aedificamus in honore sanctae Mariae quod habemus in comitatu Gerundensi intra parrochiam Sancti Genesii Ciruiano. Et aduenit ad me praescripto Siluio praescriptum alodium per genitori meo et genitrice mea siue per propinquos et consanguineis, per comparatione aut per qualescumque uoces et ad me Adalets per meum decimum siue per comparatione seu per donatione et c.

Facta ista scriptura donatione .XII. kalendas martii, anno .XXIII. regni Henrici regis. S. Siluio,  
cognomento Lobet, S. Adalets, nos pariter qui ista donatione fecimus, firmamus et testes firmare  
rogamus et c. Iohannes, presbyter et monachus, qui ista donatione scripsi et subcripsi die et anno  
quod supra.

1055, pentecostés.

*Ermesèn, viuda del conde de Barcelona Ramon [Borrell], logró del papa Víctor II la excomunión de sus nietos, los condes de Barcelona Ramon [BerenguerI] y su esposa Almodis de la Marca.*

Cf. Abadal, Ramón de. *Oliba...*, pp. 212-213.

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 68.

Cf. Kehr, P. *El papat i Catalunya...*, p. 31

“ [...] Poc després de la seva entrada, pel juny del 1055, Víctor II declarava anatema al criticat arquebisbe de Narbona Guifred, de la casa comtal de Cerdanya, en un important sínode tingut a Florència, les actes del qual però no ens han estat transmeses. Amb això Roma comença una lluita que ha de durar vint-i-cinc anys. És probable que també aleshores Víctor II excomuniqués al comte Ramon Berenguer I de Barcelona i a la seva segona o tercera muller, la cèlebre comtessa Almodis, a causa de llur conducta envers l'àvia del comte, la comtessa Ermesindis, vídua de Ramon Borrell[...].”

1056, agost, 29

*Ermesèn, condesa de Barcelona, prestó al matrimonio Bonfill Sunyer-Rodlenda cinco onzas de oro, moneda de Barcelona. A cambio la pareja hipotecó un alodio de su propiedad que de no devolver la cantidad prestada dentro del plazo previsto, festividad de sant Miquel, pasaría de manera definitiva a manos de Ermesèn.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 12, nº 188  
 [B].Barcelona. ACA. Cancillería, *Liber Feudorum Maior*, fº 383. Copia siglo XII perdida.  
 Ed. Miquel Rosell, *Liber Feudorum Maior*, vol. I, doc. 378.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...,* p. 67  
 Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep Mª. (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I.* Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 474.

In nomine Domini. Ego Bonifilius Suniarii et uxor mea Rodlendis pignoratores sumus tibi Ermesindis, comitissa. Per hanc scripturam pignorationis pignoramus tibi alodium nostrum quod est in comitatu Barchinonense, in parrochia Sancti Iuliani, in locum que dicunt Malued et Torrent. Et aduenit mihi Bonifilio per genitores meos uel per qualicumque uoce et ad me Rodlendis per meum decimum. Et affrontat de oriente in ecclesia de Sancta Maria de Linars et de meridie in ipsa turre de Far et de occiduo in parrochia de Sancta Maria de Cardedol, de circi in ecclesia Sancti Iuliani de Alfod. Quantum intra has .III.tuor affrontationes includunt, sic pignoramus tibi iam dictum alodium, totum ab integro, cum exio et regressio suo, tali modo ut de ista festiuitate sancti Michaelis prima abeamus tibi persolutas .V. untias auri monete Barchinone usque ad aliam festiuitatem iam dicti sancti Michaelis primam, ita tamen ut .X. mancusos sint in una queque untia, et tu retdas ista scripturam aut nobis, aut alicui qui per nobis retdiderit tibi iam dictum debitum. Quod si nos non abuerimus tibi persolutum iam dictum debitum ad iam dictum terminum, tunc inantea iam dictum alodium incurrat in tua potestate ad fatiemdum quod uolueris. Quod si nos pignoratores aut ullus homo uel femina contra ista scriptura pignorationis uenerimus uel uenerint ad irrumpendum, non ualeamus uel ualeant uendicare quod requisierimus uel requisierint set componamus aut componant iam dictum alodium tibi in duplo cum sua immelioratione. Et inantea hec scriptura pignorationis firma et stabilis permaneant omni tempore.

Facta ista scriptura pignorationis .III. kalendas septembbris, anno .XXVI. regni Enrici regis. Sign+um Bonifilius, sign+um Rodlendis, qui hanc scripturam pignorationis fecimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Berengarius. Sign+um Gauccefredus. Sign+um Remon.

(Cruz) Bernardus, presbiter, qui hanc scripturam pignorationis scripsit die et anno quo supra (cruz).

## 180

1056, septiembre

*Ermesèn logró del papa Víctor II, aprovechando el síodo de Toulouse, una nueva excomunión contra Guifred, arzobispo de Narbona, y Ramon [Berenguer I] y su esposa Almodis de la Marca.*

Ed. HGL, T. V, nº 211 (ca. 1060).

Kehr, P. *El papat i el principat de Catalunya.*, PJ 3 ( IX- 1056 – 27- I- 1057).

Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 70.

Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p.231.

“[...] segueix una segona sentència d'excomunió contra el mateix comte motivada per una dona Blanca, segurament la seva segona muller, repudiada. Totes aquestes raons, les dissensions entre les famílies regnants i encara més les deporables circumtànies religioses amb la descarada simonia imperant al sud de França, el país més feudalitzat del món contemporàni, foren causa que el papa encarregués als metroplitants de la regió, Rimbauld d'Arlés i Pons d'Aix, con a vicaris seus, la celebració d'un sínode de reforma a Tolosa. En posseïm encara les actes; allí foren renovades les excomunions contra Ramon Berenguer i Almodis[...].”

## 181

1056, octubre, 21

*La condesa Ermesèn y su hijo Berenguer [Ramon I], condes de Barcelona, donaron en el pasado a Esclua, presbítero, la iglesia de Santa María que pertenecía al castillo de Vilademàger. Ahora Esclua vende la misma al monasterio de Sant Llorenç del Munt.*

A. Barcelona. ACA, Monacales, carp. 2, perg. nº 172.

B. Barcelona. ACA, Monacales, legajo 119 nº 2 pieza [26] ffº. 20v-21.

Montserrat. AM, *Speculo* 29 (Priorat de la Llacuna) nº 3.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. III, documento nº 384.

In nomine Domini. Ego Scloua, prebister, uendor sum tibi Odgario, abbatи coenobii Sancti Laurenti, in cacumine sublimioris montis super Terracia fundati cuncteque congregationi monachorum eiusdem coenobii tibi subiecte. Per hanc scripturam uenditionis mee uendo uobis in iure proprio prefati coenobii Sancti Laurenti Sancteque Marie ac Sancti Michaelis ecclesiam Sancte Marie que sita est infra termines castri Villa de Mager. Aduenit namque mihi prefata ecclesia per donationem Ermessindis, comitis, ac Berengari, marchionis et commitis, eiusdem proliis uel per qualicunque uoce. Vendo autem prefato coenobio et uobis iam dictis emptoribus prefatam ecclesiam Beate Marie cum omnibus suis alodiis que modo habet et que inantea, Deo protegente, semper adquisitura est, cum omnibus denique suis terminis pertinentiis siue adiacentiis, propter premium manchusos .XII. aureos, ut libere in Dei nomine et quiete ac secure eam habeatis et teneatis uos presentes emptores omnesque uestri successores et iure hereditario prefati coenobii in perpetuum eam uel quicquid ex ea adquiri potuerit absque ulla inquietudine fruetis et possideatis. Quod si ego uendor aut aliquis cuiuscunq; persone homo utriusque sexus hanc uenditionem disrumpere temptauerimus aut temptauerit, ad nihil nobis uel illi proficiat, set componamus aut componat prefatam ecclesiam cum omnia sua pertinentia predicto coenobio in triplo. Et insuper hec uenditio firma et stabilis permaneat et semper inconuulsa.

Facta carta uenditionis .XII. kalendas nouembris, anno .XXVI. regni Henrici regis, era .XC<sup>a</sup>III. post millesimam.

Sig+num Scluua, sacer, qui hanc cartam uenditionis scribere feci et testibus firmari rogaui.  
Sig+num Reinardi. Sig+num Guitardi Reimundi. Sig+num Ellemar. Sig+num Bonipari.  
Sig+num Durandus Igela de Sancta Maria. Sig+num Ermemir Iozfred de Sancta Maria. Sig+num Bonucio Ceser. Sig+num Guifret Argemir de Mata de Pera. Sig+num Guilelm Sendret de Sancta Maria.

Guifredus, sacer et monachus, qui hanc cartam uenditionis rogatus scripsit et sub sss die et notato tempore.

1056, noviembre, 12

*Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona dota a su tercera esposa Almodis. Entre la propiedades cedidas a ésta se encuentran todas aquellas que habían pertenecido a su abuela Ermesèn en los condados de Barcelona y Osona. Todas menos la dominicatura de Sant Baudili.*

- A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 12, nº 193  
 [B]. Barcelona. ACA, Cancillería, *Liber Feudorum Maior*, fº 481. Copia del siglo XII perdida.  
 C. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 12, nº 193 dupl. Copia [del siglo XIX].  
 Ed. Marca. *Marca Hispanica*, ap. CCXLVI, col.1109.  
 Ed. Miquell Rosell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 489.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona....*, p. 70.  
 Ed. Feliu, Gaspar-Salrach, Josep Mº. (dirs.) *Els pergamens de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 479.

In Christi nomine. Ego Reimundus, gratia Dei comes Barchinonensis et marchio, donator sum tibi Almodi, comitissae. Per hanc scripturam donationis dono tibi, Almodi comitissae, comitatum Gerundensem, totum cum integro, cum omnibus suis pertinenciis et cum suis omnibus dominicaturis et ipsam ciuitatem quae dicitur Gerunda cum suo castro Gerundela et cum omnibus turribus et muris et hedificiis quae in predicta ciuitate sunt et erunt. Et dono tibi omnia castra et castella et fortedas quae in predicto comitatu sunt [uel] erunt et ad predictum comitatum pertinent. Dono etiam tibi episcopatum Sanctae Mariae sedis Gerundae cum omnibus suis pertinenciis et cum omnibus abbaciis quae ad predictum comitatum uel episcopatum pertinent. Dono etiam tibi omnia castella et omnes dominicaturas et terras [cum eo]rum omnibus terminis et pertinenciis quae Ermessindis, comitissa, tenuit in comitatu Ausonensi et in comitatu Barchinonensi, excepta dominicatura Sancti Baudilii. Dono etiam tibi illud castrum quod dicitur Ceruaria et castrum Tarrega, [et castrum] Grannana et castrum Camarasa et castrum Cubels cum eorum terminis et pertinenciis omnibus et cum eorum castellanies et cum eorum omnibus hedificiis. Et dono tibi illud mobile quod est in conuenientia dandum castellanis per unumquemque [annum]. Dono insuper tibi ipsam pariam quae datur mihi de Lerita cum ipsa etiam quae conuenta est mihi dari inde et cum ipsa etiam quam, Deo dante, ad crescere et addere potuero et potueris. Et dono tibi centum mancusos per unumquemque mensem [de ipsa] paria que datur mihi de Saragoza in tali, uidelicet, ratione ut postquam, Deo dante, potuerimus crescere prenominatam pariam de Lerita tantum, ut centum mancusi addantur et donentur tibi de predicta paria de Lerita, tales quales mihi exeunt [de Sar]agoza, tu predicta Almodis relinque istos centum de Saragoza et accipe illos additos centum de Lerita. Ego, igitur, predictus comes Remundus, sicut supradicta omnia concluduntur et continentur intra suos terminos et affrontationes cum [predicto] mobili toto, sic dono atque concedo ea omnia tibi predictae Almodi, ad tuum plenissimum proprium et firmissimum alodium et de meo iurae in tuum trado dominium et potestatem, ut ab hodierno die et tempore secura et quieta possideas [predic]ta omnia omnibus diebus uitiae tuae, si uirum non acceperis. Et post tuum obitum remaneant iam dicta omnia, tota cum integro, ipsi filio aut filiis masculis de me et te genitis, cui uel quibus tu predicta Almodis dimiseris iam dicta omnia litteris aut uerbis. Quod si predicti filii aut filius non

uenerint uel uenerit ad perfectam aetatem aut si uenerint uel uenerit et filios de legitimo coniugio non dimiserint uel dimiserit post illorum obitum et tuum haec omnia supradicta reuer[ta]ntur ipsi meo filio qui tenuerit Barchinonam. Et, si filius meus defuerit, reuertantur predicta omnia ipsi comiti qui tenuerit Barchinonam. Et si post tuum obitum filios masculos uel filium masculum de me et te genitos non reliqueris et filiam tantummodo de me et te genitam reliqueris, filius meus aut ipse qui tenuerit Barchinonam donet predictae filiae pro supradictis rebus omnibus quinquaginta milia solidos, ualentibus mille uncias auri optimi. Et haec omnia supradicta a me tibi data reuertantur cum integro ad predictum filium aut ad predictum qui tenuerit Barchinonam. Et si tu, predicta Almodis, post tuum obitum non reliqueris filium aut filiam de me et te genitos, predicta omnia cum integro reuertantur ipsi meo filio qui tenuerit Barchinonam. Et, si filius defuerit, reuertantur ipsi comiti qui tenuerit Barchinonam. Ego, igitur, predictus comes Remundus, in tercio anno postquam te mihi sociaui, dono tibi supradicta omnia a te firmiter abenda, sicut superius scriptum est. Si quis uero homo uel femina uenerit contra hanc donationem ad irrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod repetuerit, sed componat tibi predicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et postea firma sit haec donatio omni tempore.

Facta scriptura donationis .II. idus nouembris, anno .XX.º .VI.º regni Henrici regis.

REIMUNDUS, COMES, qui hanc donationem feci et manu propria firmaui et testes firmare rogaui.

Sig+num Arnalli Mironis de Tost. Sig+num Amati Eldrici. Sig+num Bernardi Amati. Sig+num Geralli Guitardi. Sig+num Adalberti Guitardi. Sig+num Berengarii Remundi. Sig+num Dalmaz Isarni. Sig+num Bernardi Audegarii. Sig+num Remundi Sancii. Sig+num Remundi Bernardi de ipsa Guardia. Sig+num Ermemir de Castro Talad. Sig+num Remundi Ermemiri. Sig+num Guilelmi Berengarii. Sig+num Bernardi Remundi. Sig+num Remundi Bernardi. Sig+num Berengarii Olibe. Sig+num Seniofredi Tedrig. Sig+num Bernardi Guifredi. Sig+num Remundi Geruardi. Sig+num Fulconis Ermengaudi. Sig+num Remundi Mironis. Sig+num Remundi Guilelmi de Montecaden. Berengarius, Dei gratia Gerundensis episcopus (*cruz*). ENEAS. Barnards Ioannes. Sig+num Arnalli Remundi. Sig+num Bonifilius Suniarii. Sig+num Remundi Mironis de Sancto Menato. Umbert *sss.* (*Cruz*) Berengarius, abba (*cruz*). *Sss* Guilielmus, leuita. S+ Bernardi, leuita. Ugo. Sig+num Umberti Ottonis. Sig+num Gaufredi Bastoni. Sig+num Audegarii Gaufredi. Guilelmus Poncius, uicescomes (*cruz*). Reimundus, uicecomes (*cruz*). Sig+num Bernardi Gaufredi de Pals. Sig+num Guilelmi Seniofredi de Palaz.

1057, junio, 4

*La condesa Ermesèn vendió a su nieto, el conde Ramon [Berenguer I], sus derechos sobre los condados de Barcelona, Girona, Osona y Manresa, así como los castillos de Bagur, Pierola, Pontils y Cardona, y los derechos que poseía en el condado y obispado de Urgell.*

- [A]. Original perdido. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 13, núm. 206.
- [B]. Barcelona. ACA. Cancillería, *Liber Feudorum Maior*, fº. 228. Copia siglo XII perdida.
- C. Barcelona. ACA. *Traslado e yndice alfabetico de las escrituras del tiempo del conde soberano Don Ramon Berenguer I*, t. 2, p. 186-191. Copia del siglo XVIII realizada por Manuel Marià Ribera.
- D. Barcelona. ACA. *Transcripciones de Próspero de Bofarull*, vol. III, fº. 226-230. Copia del siglo XIX.
- Ed. Marca, *Marca Hispanica*, ap. CCXLV, cols. 1106-1109.
- Ed. Miquel Rosell, *Liber Feudorum Maior*, I, doc. 214.
- Cit. Bofarull, *Los condes*, II, p. 50.
- Miquel Rossell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 214.
- Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 70.
- Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p. 213.
- Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 493

In Dei omnipotentis et aeterni regis nomine. Ego Ermessindis, filia quae fui Adaleizis comitissae uenditrix et euacuatrix et deffinitrix sum uobis domno Raymundo, gratia Dei comiti et marchioni, et domne Almodi, nutu Dei comittissae. Notissimum atque manifestissimum est omnibus hominibus ueritatem rei infra scribendae scientibus quia comitatus Gerundensis et episcopatus Gerundensis, cum omnibus eorum terminis, finibus et pertinentiis et comitatus Barchinonensis et episcopatus Barchinonensis, cum eorum terminis, finibus et pertinentiis omnibus et comitatus Ausonensis et Minorisensis et episcopatus Ausonensis, cum eorum terminis, finibus et pertinentiis omnibus, fuerunt propria aui tui domni Raymundi, comitis, uiri mei, qui dimisssit michi moriens praedictos comitatus et episcopatus per scripturam testamenti uiuolario tenore donec uiuerem. Igitur ego, predicta Ermessindis, quia scio et recognosco et confiteor quoniam praedicta res propriae fuerunt aui tui domini Raymundi praedicti et propinquitate paterna et auiali ac linea consanguineali, sicut inscribitur superiori, magis debentur tibi praedicto Raymundo comiti, eiusdem Raymundi nepoti, quam michi, propterea uendo et diffineo et euacuo uobis praedictis domno Raymundo comiti et domne Almodi comitissae praedictos comitatus et episcopatus, cum omnibus eorum terminis, finibus et pertinentiis, id est, uendo uobis praedictum comitatum Gerundensem et episcopatum Sancte Marie sedis Gerundae, cum omnibus eorum terminis, finibus et pertinentiis, scilicet, ipsam ciuitatem Gerundam uendo cum castro Gerundele et omnibus suis muris et turribus et hedifitiis, cum omnibus castris et castellis comitalibus et pertinentiis omnibus et terminis quae in predicto comitatu Gerundensi sunt, et cum omnibus dominicaturis comitalibus quae in predicto comitatu sunt, cum omnibus earum terminis et pertinentiis et cum omnibus alodis quae in predicto comitatu et episcopatu sunt, et cum aliis rebus omnibus et cum omnibus earum pertinentiis et cum omnibus pugis et rocas, condirectis et hermis, quae in predicto comitatu sunt, et cum aliis rebus omnibus quae pertinent ad ius comitale. Et similiter uendo uobis ego, predicta Ermessendis, predictum

comitatum Barchinonae et episcopatum Sanctae Crucis Sanctaeque Eulaliae sedis Barchinonensis, cum omnibus eorum terminis, finibus et pertinentiis, cum ciuitate Barchinone, cum suis hedificiis, muris et turribus, et cum omnibus castris et castellis comitalibus et eorum hedificiis, terminis et pertinentiis quae in predicto comitatu Barchinonensis sunt, et cum omnibus puigs et rochas, condirectis et heremis, quae in praedicto comitatu sunt, et cum omnibus dominicaturis comitalibus, cum earum pertinentiis omnibus, terminis et seruitiis quae in praedicto comitatu Barchinonensi sunt, et cum aliis rebus omnibus que pertinent ad ius comitale in praedicto comitatu. Similiter uendo uobis praedictis comiti et comitisae ego, iam dicta Ermessendis, comitatum Ausonensem et Minorisensem sponsali federe michi datum. Minorisensem dico comitatum uendo uobis et Sancti Petri sedis Vici episcopatum, cum omnibus eorum pertinentiis, finibus et terminis, et cum ciuitate diruta quae dicitur Minorissa, cum omnibus suis hedificiis, terminis et pertinentiis, et cum omnibus castris et castellis comitalibus et eorum hedificiis, terminis et pertinentiis quae in praedictis comitatibus Ausonensi et Minorisensi et episcopatu praedicto Ausonensi sunt, et cum omnibus puigs et rochas, condirectis et heremis, quae in praedictis comitatibus et episcopatu sunt, et cum ipsis dominicaturis comitalibus et cum earum pertinentiis omnibus quae in praedictis comitatibus sunt, et cum aliis rebus omnibus quae pertinent ad ius comitale in iam dictis comitatibus. Et hec omnia adueniant michi, praedictae Ermessendi, per testationem uiri mei Raymundi praedicti, sicut supradictum est, siue per meum decimum et per sponsalitium nuptialiter michi datum et per quasdam definitiones quas feci cum filio meo Berengario comite et per quascumque uoces. Preterea ego, praedicta Ermessendis, uendo uobis praedictis comiti et comitisae ipsum castrum de Begur, cum omnibus suis hedificiis, terminis et pertinentiis, quod michi aduenit per testationem et donationem Udalardi Gaufredi et per quascumque uoces. Et in comitatu Barchinonensi uendo uobis praedictis comiti et comitisae castrum de Apiarola, cum omnibus suis hedificiis, terminis et pertinentiis et seruitiis, quod michi aduenit per comparationem et per quascumque uoces. Necnon etiam ego, praescripta Ermessendis, uendo uobis praedictis comiti et comitisae ipsum castrum de Pontils, cum omnibus suis hedificiis, terminis et pertinentiis. Preter hec omnia ego, iam dicta Ermessindis, uendo uobis praedictis comiti et comitisae castrum de Cardona, cum omnibus suis hedificiis, terminis et pertinentiis, cum omnibus uocibus et auctoritatibus quas habeo et habere debeo in comitatu et episcopatu Urgellensi quocumque modo et quacumque acquisitione. Ego igitur, prenominata Ermessendis, praedicta omnia, cum omnibus earum pertinentiis, terminis et afrontationibus et cum aliis omnibus ad potestatem comitalem pertinentibus in supradictis rebus omnibus, uendo et difinio et euacuo uobis praedicto domno Raymundo et domnae Almodi, propter pretium mille unties auri, in auro et argento, quas uos praedicti comes et comitissa michi, praedictae Ermessindi, dedistis et ego a uobis accepi. Et est hoc manifestum atque omnibus cognitum. Et omnes meas uoces praedictarum rerum omnium uobis praedictis comiti et comitisae ego, praedicta Ermessindis, fide firma ac sincera, uendo et diffineo et euacuo et extinguo, propter praedictum pretium, ut ab hodierno die et tempore uos praedicti comes Raymundus et comitissa Almodis et posteritas uestra securi et quieti posideatis praedicta omnia in pace, sine mea repetitione et contradictione uel alicuius hominis uel feminae. Ad ultimum uero huius uenditionis et diffinitionis, ego, sepedita Ermessindis, diffinio et euacuo et extinguo omnes meas uoces praedictarum rerum omnium uestrae posteritati cui uos dimisseritis praedicta omnia aut aliquid de praedictis omnibus litteris aut uerbis. Quod si ego, praedicta Ermessindis, uenditrix et definitrix et euacuatrix uenero amplius contra praesentem uenditionem et

deffinitionem et euacuationem ad irrumpendum quocumque modo et ingenio, non ualeam uindicare quod requisiero, sed componam praedicta omnia in triplo uobis praedictis comiti et comitissae aut posteritati uestrae. Quod si alius homo uel femina uenerit contra presentem uenditionem et deffinitionem in euacuationem, similiter componat praedicta omnia aut uobis aut posteritati uestrae. Et postea firmam haec uenditio et diffinitio et euacuatio omni tempore. Et si aliique res quae superius scripte nominatim non sint, quae michi, prescriptae Ermessindi, quocumque modo uel quacumque uoce debeantur uel ad me pertineant intra iam dictos omnes comitatus et intra iam dictos omnes episcopatus et intra eorum terminos ubicumque sint uel sciri uel inueniri possint, ego, praescripta Ermessindis, similiter uendo et deffineo et euacuo istas omnes res ad ultimum additas, propter supradictum pretium uobis praedictis comiti et comitissae et posteritati uestre cui dimisseritis haec suprascripta aut aliquid de supradictis rebus omnibus litteris aut uerbis. Quod si ego, praedicta Ermessindis, temptauero hoc irrumpere, triplici cogar compositione componere uobis praedictis aut posteritati uestrae. Et postea firmum hoc sit omni tempore. Quod si aliquis homo uel femina uenerit irrumpere hanc adiectionem, penam patiatur similem.

Acta est haec uenditio et definitio et euacuatio .II. nonas ionii, anno .XXVI. regni Henrici regis. Signum Ermessindis, uenditicis et euacuaticis, quae hanc uenditionem et euacuationem atque diffinitionem, per presentem scripturam mea propria manu firmatam, feci et testes firmare rogaui.

Wilielmus, gratia Dei episcopus Ausonensis ecclesiae(*cruz*). Andrea, abba (*cruz*). Sig+num Amati Eldrici.Udalardus, uicecomes (*cruz*).(*Cruz*)Berengarius, abba. Sig+num Geralli, leuite et sacristae. Raymundus Guifredi(*Cruz*). Sig+num Miro, presbyter. (*Cruz*) Guillermus, leuita. Sig+num Petri Geralli. Sig+num Gaucelmi Arnalli. (*Cruz*) Ioannes, leuita. Sig+num Guanalgaudi de Albars. Sig+num Udalgarri. Petrus, abba (*cruz*). Berengarius, leuita (*cruz*). Sig+num Mironis, sacer. Sig+num Poncii, caput scole. Sig+num Mellemar, sacer. Sig+num Ermemirus, presbyter. Sig+num Adalberti Guitardi. Sig+num Guillelmi Borrelli. Sig+num Bonifilii Sanle. Sig+num Raymundi, leuite. Sig+num Guillermi Bernardi de Odena. Sig+num Miro Foget. Sig+num Guillermi Belaroti. Sig+num Guillermi Mironis de Narbona. Sig+num Rodgari Poncii Narbonensi. Sig+num Guillermi Lobatoni. Sig+num Raymundi Lobeti. Sig+num Guitardi Mironis. Sig+num Guillermi de Taradel. Sig+ num Arnalli Bernardi. Sig+num Raymundi Ermemiri. Sig+num Guillermi Bonifilii. Sig+num Bernardi Guanalgaudi. Sig+num Miro Amalrici. Sig+num Geriberti Guitardi. Folrandus, leuita (*cruz*). Sig+num Bernardi Guifredi. Raymundus, abba (*cruz*). Arnallus, archileuita. Girbert Mir. (*Cruz*) Guitardus, leuita et iudex. (*Cruz*)Guilelmus, iudex.

(*Cruz*) Petrus, presbyter, capellanus domni Raymundi, comitis, qui hanc scripturam uenditionis et euacuationis et deffinitionis scripsi et subscrispsi, cum litteris rasis in uersu .VI. et .VIII. et additis in uersu .XI., die et anno quo supra.

[1057, junio, 4- 1057, septiembre, 25]

*Ermesèn, condesa de Barcelona, juró fidelidad a Almodis, tercera esposa de su nieto Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona.*

A. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 22, nº 159

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 22, nº 159 dupl. Copia siglo XII.

Ed. Feliu, Gaspar - Salrach, Josep M<sup>a</sup> (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 534.

Iuro ego Ermessindis, filia qui fui Adalaizis, comitisse, tibi Almodi ,comitisse, qui fuisti filia Amelie, comitisse, quod ab hac ora et deinceps, in futuro tempore, dum uixero, non dezebre te predictam comitissam Almodem de tua uita neque de tuis membris qui in corpore tuo se tenent, nec te neque posteritatem tuam quam nunc habes de Remundo, comite, filio Santie, comitisse, uel in uenturo tempore habebis ex eo. Et ego, predicta Ermessindis, non enganare, nec dezebre, te predictam Almodem, comitissam, nec predictam posteritatem tuam, nec ego, nec homo uel femina, per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum, de ipsa ciuitate quem dicunt Gerundam, neque de ipso castro quod dicunt Gerundellam, neque de ipsis muris et turribus et edificiis omnibus que in predicta ciuitate sunt et ad predictam ciuitatem pertinent, neque de ipso comitatu quem dicunt Gerundensem, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis quae in predicto comitatu sunt, et ad predictum comitatum pertinent, neque de ipsis dominicaturis chomitalibus qui in predicto comitatu sunt, cum omnibus illarum terminis et pertinentiis, neque de ipso episcopatu Sancte Marie sedis predicte ciuitatis Ierunde, cum suis terminis et pertinenciis omnibus, neque de ipsis abbatii que in predicto comitatu uel episcopatu sunt, cum illarum pertinentiis omnibus, neque de ipsis rocas et puios, condirectos uel discondirectos, cultos uel heremos, qui in predicto comitatu, uel episcopatu, sunt, et ad predictum comitatum et episcopatum pertinent. Et ego, predicta Ermessindis, non engannare nec dezebre te predictam Almodem comitissam, nec posteritatem tuam iam dictam, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum assentimentum uel stabilimentum, de ipsa ciuitate quam dicunt Barchinonam, neque de ipsis muris et turribus et edificiis omnibus qui in predicta ciuitate sunt, et ad predictam ciuitatem pertinent, neque de ipso comitatu quem dicunt Barchinonensem, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis qui in predicto comitatu sunt, neque de ipso episcopatu Sancte Crucis et Sancte Eulalia sedis predicte ciuitatis Barchinone, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis abbatii qui in predicto comitatu uel episcopatu sunt, cum illarum terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis dominicaturis comitalibus que in predicto comitatu uel episcopatu sunt, neque de ipsis rochas uel puios, condirectos uel discondirectos, cultos uel eremos, qui in predicto comitatu uel episcopatu sunt uel ad predictum comitatum uel episcopatum pertinent. Et ego, predicta Ermessindis, non engannare nec dezebre te predictam Almodem comitissam nec iam dictam tuam posteritatem, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum, de ipso comitatu quem dicunt Ausonensem, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipso episcopatu Ausonensi Sancti Petri, cum suis terminis et

pertinentiis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis qui in predicto comitatu uel episcopatu sunt et ad predictum comitatum uel episcopatum pertinent, neque de ipsis abbatiiis qui in predicto chomitatu uel episcopatu sunt, cum illorum terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis dominicaturis comitalibus qui in predicto comitatu uel episcopatu sunt, neque de ipsam ciuitate quem dicunt Minorisam, neque de ipso comitatu quem dicunt Minorisensem, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis, rocas uel puios, condirectos uel discondirectos, cultos uel eremos, qui in predictis comitatibus uel episcopatu sunt uel ad predictos comitatus uel episcopatum pertinent. Et ego, Ermessindis predicta, non engannare nec dezebre te Almodem comitissam predictam, neque tuam posteritatem iam dictam, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum, de ipso castro quod dicunt Cardonam, cum suis omnibus aedificiis et cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis auctoritatibus et uocibus omnibus quas habeo et habere debeo, in comitatu uel episcopatu Urgellensi, neque de ipso castro quod dicunt Begur, cum suis edificiis et cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipso castro de Pontils, cum suis edificiis, terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipso castro de Apierola, cum suis edificiis, terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipso meo sponsalito et dote mea hac decimo meo et de mea uiuolaria dimissione domni Remundi, comitis, uiri mei. Quae omnia domno Remundo, comiti, filio Santie, comitisse, et tibi predice Almodi uendidi, euacuauit et definiui sine uestro engan. Et ego, Ermessindis predicta, non tollam tibi predicta Almodi, comitisse, uel posteritati tue iam dicte predicta omnia uel aliquid de predictis omnibus, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum. Et ego, predicta Ermessindis, amplius non repetam te predictam Almodem, comitissam, nec posteritatem tuam iam dictam de his predictis rebus omnibus, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum. Et ego, predicta Ermessindis, sicut superius scriptum est, sic tenebo et attendam fideliter et sinceriter tibi predice Almodi et iam dicte posteritati tue, sine engan, prescripta omnia me sciente. Per Deum et istos sanctos.

Iuro ego uobis domno Reimundo, comiti, et domne Almodi, comitisse, quia Ermessindis, comitissa, filia qui fuit Adalaizis, comitisse, non incombravit uel inalienauit de illa omnia que uobis predictis uendidit, euacuauit et definiuit per scripturam sua manu roboratam, uel aliquid de illis omnibus rebus quas predicta scriptura continet, postquam tu predice Remunde ,comes, acceperisti potestatem de castro Gerundella, de quo predicta Ermessindis postea non recuperauit potestatem, nisi solam dominicaturam Sancti Baudilii. Et predicta Ermessendis, ab illa die et deinceps non deleuit nec inalienauit ullam scripturam uel auctoritatem quas illa tunc habebat, aut homo uel femina per eam, ad tuum dampnum predice Remunde, comes et predice Almodis, comitisse et posteritatis uestre. Et predicta Ermessendis, non habet amplius nec habere potest de his scripturis que pertinent ad tuum opus predice Reimunde, comes, nec ad opus predice Almodis uel uestre posteritatis, nisi illas quas uobis predicta Ermessindis reddidit, se sciente. Per Deum et istos sanctos.

[1057, junio, 4 -1057, septiembre, 25]

*Ermesèn juró fidelidad a su nieto Ramon [Berenguer I], conde de Barcelona.*

[A]. Original perdido.

B. Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 22, nº 173. Copia siglo XII.

[C]. Barcelona. ACA, Cancillería, *Liber Feudorum Maior*, fº. 230. Copia final siglo XII.

Ed. Kehr, *Das Papsttum*, apt III, p. 101-105.

Ed. Miquel Rosell, *Liber Feudorum Maior*, Vol. I, doc. nº 215.

Ed. Feliu, Gaspar-Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. II. Fundació Noguera. Documento nº 535.

Iuro ego Ermesindis, filia que fui Adalaizis, chomitis, tibi Raimundo, chomiti, filius qui fuisti Santie, comitis, quod ab hac ora et deinceps, in futuro tempore, dum uixero, no dezubre te Remundum comitem predictum de tua uita, neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent, nec te neque posteritatem tuam. Et ego, predicta Ermesindis, non egannare nec dezubre, nec ego, nec homo uel femina, per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum de predictum Remundum, comitem, nec posteritatem tuam de ipsa ciuitate quam dicunt Gerundam, neque de ipso castro quod dicunt Ierundellam, neque de ipsis muris et turribus et edificiis omnibus que in predicta ciuitate sunt, et ad predictam ciuitatem pertinent. Neque de ipso comitatu quem dicunt Gerundensem, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis chastris aut castellis, qui in predicto comitatu sunt, et ad predictum comitatum pertinent, neque de ipsis dominicaturis chomitalibus que in predicto chomitatu sunt, cum omnibus illarum terminis et pertinentiis, neque de ipso episcopatu Sancte Marie sedis predicte ciuitatis Ierunde, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis abatiis qui in predicto comitatu uel episcopatu sunt, cum illarum pertinentiis omnibus, neque de ipsas rochas aut puios, condirectos uel discondirectos, cultos aut heremos, qui in predicto chomitatu uel episcopatu sunt et ad predictum chomitatum et episcopatum pertinent. Et ego, predicta Ermessindis, non enganare necdezubre te Remundum, comitem, predictum, nec posteritatem tuam, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum de ipsa ciuitate quam dicunt Barchinonam, neque de ipsis muris et turribus, et edificiis omnibus que in predicta ciuitate sunt, et ad predictam ciuitatem pertinent, neque de ipso comitatu quem dicunt Barchinonensem, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis chastris uel chastellis quem in predicto comitatu sunt, neque de ipso episcopatu Sancte Crucis et Sancte Eulalie sedis predicte ciuitatis Barchinone, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis abatiis qui in predicto chomitatu uel episcopatu sunt, cum illarum terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis dominicaturis chomitatibus qui in predicto chomitatu uel episcopatu sunt, neque de ipsas rochas uel puios, condirectos uel discondirectos, cultos uel heremos, qui in predicto comitatu uel episcopatu sunt, uel ad predictum chomitatum et episcopatum pertinent. Et ego, predicta Ermesindis, non engannare necdezubre te Ramundum, chomitem predictum, nec posteritatem tuam, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum, de ipso comitatu quem dicunt Ausonensem, cum suis omnibus et pertinentiis terminis, neque de

ipso Ausonensi episcopatu Sancti Petri, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis chastris uel chastellis que in predicto chomitatu uel episcopatu sunt, et ad predictu comitatum uel episcopatum pertinent, neque de ipsis abatiis que in predicto comitatu uel episcopatu sunt, cum illarum terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis dominicaturis chomitalibus quem in predicto comitatu uel episcopatu sunt. Neque de ipsa ciuitate quem dicunt Minorisam, neque de ipso comitatu quem dicunt Minorensem cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis chastris uel castellis, rochas uel puios, condirectos uel discondirectos, cultos uel eremos, qui in predictis comitatibus uel episcopatu sunt, uel ad predictos comitatus uel episcopatum pertinent. Et ego, Ermesindis predicta, non enganare nec decebre te Reimundum, comitem predictum, neque posteritatem tuam, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum, de ipso castro quod dicunt Cardona, cum suis omnibus edifitiis, et cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis auctoritatibus et uocibus omnibus quas habeo et habere debeo in comitatu uel episcopatu Urgellensi, neque de ipso castro quem dicunt Begur, cum suis edifitiis et cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipso castro de Apierola, cum suis edifitiis et cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipso castro de Pontils, cum suis edifitis, terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipso meo sponsalitio et dote mea ac decimo meo de mea uiolaria dimissione domni Remundi comitis, uiri mei, que omnia tibi iam dicti euacuaui et definiui sine tuo engan. Et ego, Ermesindis predicta, non tollam tibi predicto Remundo comit uel posteritati tue predicta omnia uel aliquid de predictis omnibus, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum. Et ego, predicta Ermesindis, amplius non repetam te predictum Remundum comitem, nec posteritatem tuam de his predictis rebus omnibus, nec ego, nec homo uel femina per meum consilium, neque per meum ingenium, neque per meum stabilimentum uel assentimentum. Et ego predicta Ermessendis fatiam domnum Victorem, papam Romanum, soluere illam excommunicationem quam predictus papa Victor fecit contra predictum Remundum, comitem et contra Almodem, comitissam, pro me predicta Ermessendi usque ad festiuitatem Pasce prima ueniente sine engan, si ego predicta Ermesendis uiua fuero aut si predictus papa Victor uiuus fuerit. Ego, predicta Ermesendis, fatiam eundem domnum Victorem papam soluere illam excommunicationem quam fecit pro me contra domnum Guifredum, Narbonensem archiepiscopum, et contra cunctos homines et feminas, Ermesendis uiua fuero aut si predictus papa uiuus fuerit. Et ego, predicta Ermesendis, fatiam domnum Reemballum, archiepiscopum Arelatensem et domnum Guifredum, archiepiscopum Narbonensem, soluere illam excommunicationem quam fecerunt iussum predicti domni Victoris pape in Tolosanum sinodo contra te, predictum Remundum comitem et contra predictam comitissam Almodem, sine engan, usque ad festiuitatem Sancti Felicis Ierundensis prima ueniente, sine dono de meo auer, si ego predicta Ermessendis uiua fuero, aut supradicti archiepiscopi uiui fuerint. Et ego, predicta Ermesendis, fatiam predictum domnum Victorem papam soluere illam excommunicationem, sine engan, quam predictus papa fecit pro Blanca femina contra predictum Remundum, comitem et contra predictam comitissam Almodem usque ad festiuitatem Omnis Sanctorum prima ueniente si facere potuero unquam, sine dono de meo auer, si uiua fuero ego, predicta Ermesendis, aut si predictus papa uiuus fuerit. Et ego, predicta Ermesendis, sicut superius scriptum est, sic tenebo et atendam fideliter et sinceriter tibi, predicto Remundo comite et posteritati tue, sine engan, prescripta omnia, me sciente, excepto quantum tu, predicte Remundo, me absoluere tuo grato animo, sine fortia. Per Deum et istos sanctos.

## 186

1057, agosto, 19

*Un mes antes de dictar su testamento Ermesèn prestó a Guillem, obispo de Osona, la cantidad equivalente a 1000 mancusos de Barcelona en oro y plata.*

Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Ramón Berenguer I, carp. 13, nº 209.  
Ed. Miquel Rosell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 430.

In nomine Domini. Ego Guilelmus, episcopus Ausonensis, pignorator sum tibi, domnae Ermessinde, comitissae. Verum est satis et cognitum a multis quod prestasti mihi mille manchusos Barchinonenses inter argentum et aurum, et sunt ad tale pensum quod decem manchusi faciunt unam unciam. Propterea mitto tibi in pignore ipsum meum alodium quod habeo in uilla Radulphi, intra parrochiam Sancti Petri, quod fuit patris mei uel in Veltregano, intra parrochiam Sanctae Ceciliae. Mitto tibi in pignore ipsum meum alodium quod fuit Gaudalli, episcopi, quod ego emi ab uxore sua et a manumissoribus suis, et in Loriana mitto tibi in pignore ipsum meum alodium quod fuit matris meae, et est intra parrochiam Sancti Felicis et Sancti Vincentii. Et extra hoc totum, mitto tibi in pignore septem sciphos argenteos. Situs autem locius huius alodii est in Ausone comitatū, in supradictis locis et parrochiis. Et aduenerunt mihi haec omnia et per emptionem et per parentorum meorum successionem. Et mitto tibi in pignore ipsum alodium supradictum cum dominibus et hedificiis omnibus et cum uineis et arboribus et pratis et pascuariis et omnibus suis pertinenciis et cum terminis et affrontacionibus. Quantum habeo et habere debeo per supradictas uoces in omnibus supradictis locis cum prelibatis sciphis argenteis totum tibi mitto in pignore sub tali conuenientia, ut si reddidero tibi supradictos mille manchusos, qui decem faciant unciam, usque in Paschua quod erit prima, ista scriptura sin inualida et nullum postea habeat ualorem, sed mihi reddatur aut destruatur. Si autem omne prefatum debitum tibi non reddidero ad terminum supradictum, quod erit in diebus Azimorum, omnes supradicte res incurant in tua potestate ad quod uolueritis faciendum, et sic de meo iure trado in tuum dominium et potestatem. Et qui hoc tibi uoluerit disrumpere, nullo modo possit facere, sed pro sola presumptione in duplo tibi componat. Et postea haec pignorationis scriptura firma permaneat.

Quae est facta .XIII. kalendas septembbris, anno .XXVII. regis Henrici. Wilielmus, gratia Dei episcopus Ausonensis ecclesie (*cruz*). Sig+num Ermemiri. Guilielmus Argemiri *sss*. Ermemirus, sacerdos et canonicus sub *sss*. (*Cruz*) Reimundus, leuita qui et channonicus. (*Cruz*) Petrus Bernardi. Guilielmus, ypodiaconus *sss*. (*Cruz*) Petrus, sacer.

Benedictus, diaconus, qui hoc scripsit et sub *sss* in prefato die uel anno.

1057, septiembre, 25

*Testamento de la condesa Ermesèn.*

B. Barcelona. ACA, Cancillería, *Liber Feudorum Maior*. Libro I, fº 481  
 Ed. Bofarull, Próspero de. *Los condes de Barcelona Vindicados*. Vol. II, pp. 51-54.  
 Ed. Miquel Rossell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 490.  
 Cf. Pladevall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 73.  
 Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, p. 232.

Quoniam debite condicionis nullus in carne positus mortem euadere potest. Quapropter, in Dei nomine. Ego Ermessindis, gratia Dei comitissa, cupio pergere in seruicium Dei et Sancti Iacobi, eius Apostoli uel aliorum apostolorum Petri et Pauli et timeo ne repentine mortis subripiat me casus. Ideoque eligo manumissores amicos meos domnum Raimundum Berengarii, comitem, nepotem meum, et Guillermum, sancte sedis Ausonensis episcopum, et Udalgarium, fidelem meum, et Umbertum Otonem et Amatum Eldriei et Ioannem, Sancte Marie clericum, ut sint mei elimosinarii et habeant potestatem distribuendi omnes facultates meas, sicut subterius iniunexero in sancti Dei ecclesiis, in sacerdotibus et clericis ac pauperibus uel aliis hominibus, si mors michi aduenerit antequam alium testamentum faciam. In primis, dimitto domino Deo et canonice Sancte Merie sedis Gerunde .XXX. uncias auri de mancusos adalis, ex quibus sit cooperta domus, que debet esse dormitorium, quam ego feci, et sit edificata auulsura. Et dimitto presbiteris Sancte Marie predicte sedis mancusos centum, et aliis canonicis predicte sedis dimitto similiter mancusos centum, et canonicis Sancti Felicis, martiris Gerunde, dimitto mancusos .LXXV. ad presbyteros per missas et .XXV. ad alios canonicos. Et cenobio Sancti Petri cenobii Gallican[t]ii dimitto .LXX. mancusos; ex istis .LXX., sint .XXX. ad uestimenta monachorum et .XXXX. ad uictum eorum; supplico et rogo ut orent Deum pro me. Et ad cenobio Sancte Marie Ameriensis, similiter. Et cenobio Sancti Feli[cis] Gissalis similiter, et faciant fieri tabulam argenteam cum ipso argento quod eis dedi. Et cenobio Sancti Michaelis de Crudilias dimitto mancusos .XXX. Et cenobio Sancte Maria de Ceruiano, similiter. Et cenobio Sancti Michelis de Fluuia, similiter. Et cenobio Sancti Stephani de Balneolis, similiter. Et cenobio Sancti Petri de Besulluno, similiter. Et cenobio Sancti Laurencii de Monte, similiter. Et cenobio Sancti Saluatoris de Breda, similiter. Et cenobio Sancti Pauli de Maritima, similiter. Et canonice Sancte Eulalie et Sancte Crucis, Barchinonensis sedis, dimitto mancusos centum, et rogo et supplico ut rogent Deum pro me. Et cenobio Sancti Petri Puellarum dimitto mancusos quinquaginta. Et cenobio Sancti Cucuphatis, martiris, similiter. Et cenobio Sancti Laurencii, similiter. Et cenobio Sancta Cecilia de Montserrat .XXV. mancusos. Et cenobio Sancti Michaelis de Faio, similiter. Et cenobio Sancti Benedicti de Baies, similiter. Et cenobio Sancti Sebastiani de Penedes, similiter. Et canonice Sancti Petri de Vico centum mancusos de auro, et precor et supplico ut rogent Deum pro me. Et cenobio Sancti Petri de Catserras mancusos .XXX. Et cenobio Sancti Marie Riupollensis dimitto mancusos quinquaginta. Et cenobio Sancti Michaelis de Cuxano, similiter. Et cenobio Sancti Petri de Rodas, similiter. Et Sancte Marie de Armenrodas .XX. mancusos. Et cenobio Sancti Cirici de Colera mancusos .XX. Et cenobio Sancte Marie de Arlas mancusos .XX. Et ad sedem Sancte Eulalie de Russilione dimitto mancusos centum quinquaginta ad ipsa

opera et quinquaginta ad ipsos canonicos. Et canonicis sedis Sancti Iusti et Pastoris dimitto mancusos quinquaginta. Et canonicis Sancti Pauli, similiter. Et cenobio Sancti Salvatoris de Aniana dimitto mancusos centum, et precor et supplico domnum abbatem et eiusdem monacos ut rogent Deum pro me. Et cenobio Sancte Marie Crasse, similiter. Et [ad] canonicos Sancti Petri de Magalona dimitto mancusos centum. Et ad canonicos Sancti Antonii de Fredelesc dimitto mancusos .XXX. Et [ad] canonicos Sancti Saturnini de Tholosa, similiter. Et ad canonicos Sancti Petri Rome dimitto mancusos centum, et ad ipsas fenestras uitreas mancusos .CC. Et [ad] domnum Apostolicum mancusos centum pro absolucione anime mee. Et ad Sancti Michaelis de Monte Gargano dimitti mancusos .XXX. Et ad cenobio Sancti Egidii, similiter. Et cenobio Sancti Guillermi, similiter. Domno Berengario, Gerundensi[s] episcopo, dimitto mancusos .LXX. pro absolucione anime mee. Domno Arnallo, Magalonensi episcopo, dimitto mancusos .LXX. Et domno Guillermo episcopo, meo elemosinari, dimitto quinquaginta mancusos. Et Udalario, similiter. Et Amato, similiter. Et Umberto, similiter. Et Ioannis, similiter. Arnallo, Elenensis episcopo, dimitto mancusos quinquaginta pro absolucione anime mee. Berengario Gaucefredi, similiter dimitto quinquaginta mancusos. A Gerberga deuota, similiter. Azaleiz deuota, similiter. Alia Azaleiz, famula mea, .XXX. mancusos. Ad canonicos, Urgellensis sedis Sancte Marie, dimitto quinquaginta mancusos. Et domno Guillermo, Urgellensis episcopo, similiter quinquaginta mancusos. Et ipsas quinquaginta uncias, quas Amatus Eldrici mihi debet, et Udalarius [ei] accommodauit et recepit cartam pro pignorem mea uice et suo nomine, dimitto eas Udalario predicto, ut donet illas pro sua anima et mea, quemadmodum melius uiderit. Et cenobio Sancti Danielis dimitto .XX. uncias auri, quas Poncius, uicecomes, mihi debet et habeo pro pignore suum alodium de Petriniano; et si non eas dederit predicto cenobio Sancti Danielis et eius abbatisse infra .XXX. dies quibus mortua fuero, sit iustum alodium de Petriniano, quod habeo pro pignore, proprium et liberum predicto cenobio Sancti Danielis. Alia mea omnia qui remanent, rogo et precor ut donare faciatis propter Deum et remedium anime mee in pauperibus, in uiduis, in orphanis et presbiteris et clericis per missas. Iterum, rogo enim uos, et precor domnum Raimundum, comitem, nepotem meum, simul cum domna Almodis, comitissa, coniuge uestra, per Deum et Sancta Maria, matris eius, et per Sanctum Petrum Apostolum et per omnes Sanctos, et moneo ut magnam curam habeatis de mea anima, et ista causa uel elemosina adducatis ad perfeccionem et adducere faciatis, quia Deus scit quod plus uos dilexi et amauit quam alium de uestra gente, et in hoc potestis cognoscere quod per uos feci. Istud eciam testamentum tamdiu obtineat firmitatem donec alium faciam.

Facto isto testamento .VII. kalendas octobris, anno .XXVII. regni Henrici, regis. Sig+num Ermessindis, comitissa, qui istum testamentum fieri iussi, feci, firmaui et testes firmare rogaui. Sig+num Guillermus Poncius. Sig+num Guillermus Berengarius. Sig+num Raimundus Gaucefredus. Sig+num Gaucefredus Poncius. Sig+num Raimundus Arnust. (Cruz) Ioannes, leuita. Berengarius, leuita. (Cruz) Suniarius, monacus et presbyter, qui istum testamentum scripsit, cum litteras superpositas, die et anno quo supra.

1058, febrero, 26 // 1058, marzo, 6

*Codicilo y sacramental al testamento de la condesa de Barcelona Ermesèn.*

A.Barcelona. ACA, Cancillería, pergs, Ramón Berenguer I, carp. 13, nº 223.

[B]. Barcelona. ACA, Cancillería, *Liber Feudorum Maior*, fº 483. Copia final siglo XII perdida.

Ed. Bofarull, *Los condes*, 2, pp. 53-56.

Ed. Miquel Rosell, *Liber Feudorum Maior*, I, doc. nº 491.

Cf. Pladenvall, Antoni. *Ermessenda de Carcassona...*, p. 76.

Cf. Aurell, Martí. *Les noces del comte...*, pp.232-233.

Ed. Feliu, Gaspar-Salrach, Josep Mª (dirs.) *Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona de Ramon Borrell a Ramon Berenguer I*. Vol. I. Fundació Noguera. Documento nº 518.

Nos Guilelmus Gifredi, leuita, et Guilelmus Amati uidimus et audiuimus quando domna Ermessindis, comitissa, sedebat in lecto, in quo solita erat iacere in domo, que est iuxta ecclesiam consecratam in honore Sancti Quirici, martiris, et Sancte Iulite, matris eius, que ecclesia est in comitatu Ausone in termino de Besaura, et ibi sedendo, ab egritudina detenta, laudauit suum testamentum, quod secum ibi habebat, et exceptis manumissoribus sui testamenti, elegit nos ambos suprascriptos manumissores et eleemosinarios de suis rebus, quos destinauit suis uerbis in sua recta memoria. In primis, dimisit mihi Guilelmo, clericu prefato, mulam unam ex illis suis mulabus quas ibi habebat et Guillermo Amati prescripto, aliam, et Petro Geraldii, clericu, aliam, et Adalaez, femine, et alteri Adalez, deuote, singulas mulas, et precepit nobis ut requireremus unam mulam quam ipsa prestiterat Guilelmo Berengarii, suo nepoti, et alteram quam prestiterat Raymundo Gaucefredi, et dedissemus unam episcopo Guilielmo Ausonensi et alteram Guilelmo Iuscafredi. Et dimisit domino pape suos sciphos ligneos ornatos auro, et Sancto Egidio Nemausensi suos eschacos christalinos ad tabulam. Et dimisit Sancto Quirico prefato tamtam argenti et auri ex quo possit esse una obtima crux. Et suum optimum briuarium dimisit Sancte Marie Ierunde, et dimisit suos sciphos argenteos, quos apud se habebat, et ipsos quos habebat in Vico unde eam portaremus Ierundam. Et dimisit Sancio, suo nepoti, spatam illius, quam habebat in pignore, et quinquaginta mancusos. Et Guilielmo Berengarii quinquaginta mancusos, ita tamen ut redderet nobis mulam prefatam, sin autem, non. Et Bernardo Berengarii, suo nepoti, quinquaginta mancusos, et omnibus hominibus, qui ibi erant in suo seruicio, unicuique .III. uncias auri dimisit. Et Guilielmo Poncii dimisit .V. aut .VI. uncias auri. Et suis feminis suprascriptis suum sarpell, quod habebat in Vico. Et suum ministerium presbiterale dimisit Sancte Marie Crasse. Et Berengario, uicecomiti Narbonensi, dimisit pignus quod tenebat de Arnallo, episcopo Elnensi, et uxori eius duos copas de argento et unam pelliciam de alfanec et omnem frumentum et uinum quod habebat Gerunde; et cuncta que pertinebant ad conductum dimisit Kanonice Sancte Marie Gerunde, ita ut ipsi, qui eam illuc deferrent, inde uiuerent usquequo sepeliretur, cetera remanerent predicte kanonice. Et ipsis suis hominibus, quos de Sancto Quirico prefato miserat pro suo seruicio, dimisit unicuique .III. uncias auri. Cetera, que inuenirentur, iussit dari pro anima sua. Et Bonifilio Honofredi, sacriste, dimisit .III. uncias auri.

Predicta domna Ermessindis elegit nos suos manumissores Guilelmum Gifredi, clericum, et Guilelmum Amati, sicut superius scriptum est, in sua plena memoria .III. kalendas marcii anno XXVII Henrici, regis, regni. Et postea de hoc, quod suprascriptum est, suam uoluntatem de aliquo non mutabit, et obiit kalendis marcii, uespere facto. Hec omnia, sicut superius scripta sunt, uera sunt et nulla fraus in his a nobis impressa sunt, sed sicut ipsa domna Ermessindis nobis precepit iam dictis, ita et hic fideliter scriptum est. Postmodum hec ultima uoluntas domne Ermessindis, comitisse, de his, scilicet, rebus que supra notate sunt, patuit publice. II. nonas marcii in capitulo Sante Marie Ierunde coram posito domno Berengario, Ierundensium episcopo, et Petro Gaucberti, presbitero, et Stephano et Adalberto et Deusdedit et Bernardo Baronis et Gualterio et aliorum plurimorum presbiterorum, leuitarum, uero, Remundo, archidiacono, et Arnallo Guielmi et altero Arnallo Bisulunensi et Borrello et multorum aliorum ibi simul residencium. Postea, egresso a capitulo prefato epsicopo un cum clericis, nos Guielmus Guifredi et Guielmus Amati, prefati episcopo una cum clericis, nos Guielmus Guifredi et Guielmus Amati, prefati manumissores domne Ermessindis, comitisse, iuramus super altare, quod est consecratum in sancta matre ecclesia Ierundencium in honore Sancte Anastasie, uidente episcopo, quia que superius scripta sunt, uniuersa uera sunt, et uidentibus multis tam clericis quam eciam laicis. Scriptum manu Guielmi, Gerundensis clericci, manumissiris atque elemossinari predicte domne Ermessindis, comitisse, cum litteris suprapositis in .VIII. uersu et rasis in .XII. et in .XV. et .VII., secundo nonas marcii, anno .XXVII. Henrici, regis. (*Cruz*)

**Documentación posterior a la muerte de Ermesèn y que hace referencia directa a su persona.**

**189**

[Fecha posterior al mes de marzo de 1058]

*Compilación de donaciones otorgadas para llevar a cabo la construcción de la canongía de la Seo de Girona. Ésta fue redactada en buena parte siguiendo el texto original de la dotación realizada en 1018-1030 a la que se añadió, con posterioridad, otras numerosas donaciones.*

- A. Girona. ACG, pergs. ss. IX-XII, carp. 2, nº 36.  
B. Girona. ADG, Cartoral de Carlemany, ffº 32-36, ex. A.  
C. Girona. ACG, *Llibre Verd*, ffº. 103v-104r, ex. B.  
Ed. Marca. *Marca Hispanica*, ap. 182, cols. 1016-1019, ex. A.  
Ed. Mansi, J. *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, Florencia-Venecia, 1759-1798, vol. 19, cols. 381-386.  
Ed. España Sagrada 43, ap. 28, pp. 425-430.  
Ed. Villanueva, J. *Viage literario*, Vol. XII, ap. 30, pp 312-317, ex. A.  
Ed. Martí, Ramon. *Col.lecció diplomàtica de la Seu de Girona...*, documento nº 332.

Cum in nomine sancte et indiuidue Trinitatis, in ecclesia Sante Dei genitricis Marie sedis Gerundensis in unum residerent episcopi Petrus, eiusdem sedis presul Ermengaudus Urgellensis, Deusdedit Barchinonensis, Berengarius Elenensis, Adalbertus Carcassonensis, Ato Cosoranensis. Abbates et iam Bernardus Sanctae Marie Crasse, Petrus Rodensis, Landricus Gissalensis, Guifredus cenobii Gallicantus, Amblardus cenobii Sancti Cirici, Viues cenobii Sancti Pauli Maritimi, Poncius cenobii Sancti Saturnini. Necnon etiam quamplurimi alii sacerdotes, assistantibus, archidiaconis, atque canonichis eiusdem sedis Gerundensis ac Barchinonensis, diuinitus inspirati concordi ac pari animo definientes statuerunt ut ad seruitium Dei et eius Genitricis in eadem sede domus canonica construeretur et rebus ecclesiasticis et fidelium dono iuste collatis ditaretur, quo facillime Deo ibidem cotidie familiariter militaretur et quecumque eiusdem sunt ordine iusto perficerentur. Unde idem Petrus, presul egregius, de statu ecclesiatico diligenter tractans cum his omnibus, presente acconseciente comitissa Ermesendis, una cum filio suo donno Berengario, comite et marchione, collaudantibus cunctis predictis, donauit ad construendum et ditandum iam dictam canonicam domum hec que infra sunt scripta, dicens; Ego in Christi nomine Petrus, episcopus Gerundensis episcopus, permittente Ermesende, comitissa, eadem filioque suo condam Berengario, comite, dono ad hedificandum et munerandum atque ditandum iam dictam canonicam domum ad seruicium Dei et eiusdem genitricis ecclesiam Sancte Marie de Castellone, cum decimis atque primiciis, atque oblationibus eius et suis omnibus alodiis. Et ecclesiam Sancte Eulalie de Villa Noua, cum decimis et primitiis, et oblationibus fidelium et alodiis suis. Et ecclesiam Sanctae Marie de Aguilana, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus. Et ecclesiam Sancti Saturnini de Arens, cum omnibus rebus quae ad eam pertinent. Et in comitatu Bisuldunensi, ecclesiam Sancti Petri de Montecaudo, cum omnibus

suis pertinentiis. Et ecclesiam de Curcauello, cum omnibus suis pertinentiis. Et ecclesiam Sancti Andreeae de Lorona, et alias parrochias, et alodia que Miro, uicecomes Bisuldunensis, tenebat quando obiit ab hoc seculo et iuris Sanctae Marie esse dignoscebantur, cum omnibus suis pertinentiis. Et ecclesiam de Ordeis, et fiscum de Lebrers, cum decimis et primiciis, et omnibus illorum pertinentiis. Supradicta autem omnia que in aliis comitatibus sunt, ego suprannominatus Gerundensis episcopus Petrus, taliter dono et trado predicte canonice domui qualiter iam dicta sedes Sancte Marie ea in prenominatis aliis comitatibus iuste habere uel habet.

Insuper ego Ermesendis et Berengarius comes et Petrus episcopus, damus prelibate canonice ecclesiam Sancti Martini de Cacano, cum decimis et primiciis atque omnibus pertinentiis eius. Necnon et ecclesiam Sancti Martini de Colonico, cum decimis et primiciis et eius oblationibus atque alodiis. Et ecclesiam Sancti Iuliani de Curtibus, cum omnibus suis pertinentiis, et alodium quod Bremundus, uicecomes, debitauit ad predictam canonicam domum, et est in comitatu Gerundensi, in uilla Pera. Necnon et mansum de Fontadeta, cum omnibus suis pertinentiis et medietatem ecclesie Sancte Leocadie de Parietibus, quantum scilicet ad eandem ecclesiam pertinet. Et alodium de Ferrerons, et de Ruuirans, cum omnibus appenditiis suis, et medietatem parrochie Sancti Felicis de Palatio Rabani, cum omnibus eius pertinentiis, et molendina .III.or que Gitardus, archidiaconus, tenebat.

Et ego, Arnustus, dono atque concedo ad eandem canonicam medietatem decimarum de parrochia Sancti Stephani que est sub appendicio Sancti Martini de Romanianu.

Et nos, predicti Petrus et Ermesendis et Berengarius, donamus eidem domui canonice parrochiam Sancti Amancii, cum decimis et primiciis atque oblationibus, et cum suis omnibus pertinentiis, et cum suo appenditio ecclesiae Sancti Martini de Presa, cum decimis et primiciis et oblationibus, et cum sacrariis et cimiteriis .XXX. passuum. Et ecclesiam Sancti Martini de Campo Maiore, cum omnibus suis pertinentiis. Et parrochiam Sancti Mameti de Rudmorts, cum omnibus suis pertinentiis. Et medietatem ecclesie Sancti Martini de Lemena, cum suis pertinentiis. Et parrochiam Sancti Andree de Mata, cum omnibus pertinentiis.

Dono quoque ego, Petrus episcopus, parroquiam Sancti Petri de Nauata, cum omnibus suis pertinentiis, et fiscum Crispiani, cum quartis Sancti Stephani de Bass, et medietatem tascarum de Bascara. Et ecclesiam de Fontaniles cum suis pertinentiis. Et ecclesiam Sancti Genesii de Monels, cum omnibus suis pertinentiis, et omne alodium quod condam fuit de Altrudis femme et est in Monels, et illa concessit domui cannonice, cum omnibus suis pertinentiis, et dono eidem cannonice de omnibus adap[er]turis que mihi adaperte fuerint ex rebus ecclesiasticis decimam partem. Preterea ego, Petrus statui et confirmaui et donauit una cum clericis predicte sedis de omnibus rebus mobilibus quas acquisitus sum uel accepturus de episcopatu Sanctae Marie tertiam partem predicte Sanctae Marie, in tali ratione ut de predicta tercia parte dentur due partes restaurationi ecclesiastice. Alia uero tercia pars detur predicte cannonice.

Ego uero Ugo, comes Impuritanus, dono censem de duobus carauis predicte domui canonice in Impuriis ciuitate, que ad me pertinet, uel pertinere debet, et quicquid homines ipsius terre predicte canonice conceserint, simul dono et habere consencio, propter salutem anime mee et filiorum meorum ac coniugis.

Postea moriens Bernardus Robores reliquit ecclesiam Sancti Menati de Villa Blareis cum decimis et primiciis et oblationibus et alodiis et pertinentiis suis, eidem canonice et ecclesiam Sancte Agathe, cum suis pertinentiis, consilio et uoluntate predicti Petri pontificis. Preterea, ego

sepedictus Petrus episcopus, dono eidem canonice ecclesiam Sancti Iuliani de Castelfreit, cum omnibus suis pertinentiis.

Et quidam uir miles bonus nomine Soniarius Ruffus moriens absque liberis reliquit totum suum alodium cum integro de Monte Caluo, eidem domui canonice, et totum suum alodium de Monte Malo cum integro sui, et totum suum alodium de Espidels, et totum suum alodium de Pantaleu, cum eorum omnibus pertinentiis, eligens Dominum ad uicem filii hereditandum. Similiter eius coniux Adaledis moriens reliquit suas uoces in supradictis alodiis omnibus predicte canonice.

Ego Pontius, caput scole et leuita, dono alodium de Puio Alto, cum finibus et terminis, et cum suis affrontationibus, eidem cannonice Sancte Marie.

Preterea, alii boni uiri morientes timentes Deum, reliquentes sua alodia heredem fecerunt predictam cannonicam, id est Remundus Gutiscli de Puals, Sendredus Guillelmi, et Miro, frater eius, et Domnucius, clericus de Cruce, et Berengarius Donutii, qui reliquit suam hereditatem de Uliuars predicte canonice.

Et suprascriptus Suniarius reliquit suum alodem de Castanied, et ipsum de Castelomen, cum molendinis et monars in fluvio Ticeri. Et Seniofredus Safard, reliquit alodium eidem domui canonice infra terminos parrochie de Canapost. Et reliquit eidem domui quod est ad Rocam.

Et ego, Petrus predictus episcopus, dono ipsum mansum de Abellars, cum suis pertinentiis omnibus. Necnon et medietatem parrochie Sante Marie Episcopalis decimarum, et fiscum de Parietibus, cum molendinis suis et cum omnibus rebus, ad eundem fiscum pertinentibus quod tenebat archidiachonus Guilelmus, et alodium quod est in Rodas, et in Armenteria, et in Palatio Rabani, et ecclesiam Sancti Cipriani Maritimi, atque ecclesiam Sancti Aciscli, cum omnibus illorum pertinentiis.

Predictus denique Bernardus Robores reliquit omne alodium quod habebat in parrochia Sancti Dalmacii de Tornauels, uel in Seliga eidem domui canonice, et Adalbertus Ennegonis dedit .IIII or. mansos cum illorum pertinentiis, qui sunt in parroquia Sancti Felicis de Borzeleu, eidem domui.

Et Raimundus prepositus reliquit mansum unum in Fuxan, cum suis pertinentiis, et Guillelmus Seniulli alterum ibidem cum suis pertinentiis, et Arnaldus de Conzels, reliquit medietatem sui alodii quod habebat in Fuxan uel in Conzels predicte cannonice, et Bernardus Tegmarius dimisit de suo alodo eidem domui quod habebat in Palacio Frogel et in Pera, et Guitardus Gaucefredi, clericus, reliquit omnem suum alodium prenominate ecclesie quod habebat in Fornels et in Camdoran, et in Villa de Asinis, et Baron Bonihominis dimisit alodium quod habebat in Camos, et uxor Raimundi Bonihominis mansum unum qui est in Villa de Man iam dicte domui, et Gifredus Guillelmi dedit .IIII or. mansos qui sunt in parrochia Sancte Cecilie de Carcar, et .IIII or. in uilar Sitaran eidem domui, et Stephanus presbiter de Cancan reliquit mansos duos qui sunt in eadem parrochia, in Rexac, et Salelas.

Et uicecomitissa Impuritanensis, uxor quondam Guillelmi, reliquit unum mansum quod habebat in Virginibus sepius dicte domui cum suis pertinentiis, et predictus uir eius, Guillelmus uicecomes, reliquit omnem alodium quod habebat in Castellone eidem ipsi domui. Et alodium quod est in Pedret, et in Mercadal, et in plano ante Gerundam, et ipsum de Bedoc, totum quod fuit de Uzalard dedit Gondebballus, predicte domui canonice cum omnibus suis pertinentiis.

Et Berengarius episcopus eiusdem sedis donauit terras cum molendinis et mulinars, cum omnibus eorum pertinentiis, et simul cum ipsa aqua Ticeri, usque in medium alueum eiusdem Ticeris que sunt a termino loci qui uocatur Sale Alte, usque ad Mercadal quod est ante Gerundam

ciuitatem eidem canonice eidem. Hec omnia a predicto episcopo Berengario donata sunt in parte meridiano cum palatio, et cum triliis, et cum his que tenet Bonifilius et Iohannis clerici.

Et comitissa predicta Ermesende donauit alodium quod fuit Bernardi Amati, clerici eidem canonice; hoc alodium cum suis pertinenciis est in ualle Angles.

Petrus, presbiter, Montis Eusebii reliquit alodium eidem cannonice in eodem monte.

Sunt alia plurima alodia et terre et mobilia que hodie predicta domus canonica habet et possidet, et habere debet et futuro, Domino donante a fidelibus iuste collata eadem canonica adquisierit cum suprascriptis omnibus. Hec omnia supradicta in iure predice canonice nos prenominati episcopo ab integro confirmamus propriis nominibus. Et si aliquis abstulerit aliquid ex suprascriptis rebus omnibus, aut supradicta omnia denserit a iure canonico nisi satisfaciens resipuerit, restitutis ab integrum ablatis, perpetuo anatematis uinculo eundem aud eosdem presumptores excommunicamus et a consorio fidelium separamus, et cum Iuda Domini proditore in inferno inferiori participem fieri optamus.

(Cruz) Petrus, episcopus. (Cruz) Berengarius, comes. (Cruz) Ermessindis, comitissa, nos qui hanc donatione libenti animo fecimus et firmare eam rogauimus.

Acta sunt hec anno Incarnationis Domimice .XVIII. post millesimum .XII. die kalendarum decembrium, anno. XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>. regni Roberti regis.

(Cruz) Ego Benedictus, sancte catholice et apostolice Romane ecclesie, confirmo hoc prescriptum et precipio in Dei nomine ualere in eternum cum apostolica auctoritate. Ato, episcopus (cruz).

(Cruz) Villelmus, episcopus. Ermengaudus acsi indignus gratia Dei episcopus. Sss Berengarius, sancte sedis Helenensis episcopus, hec suprascripta libenter confirmo. Adalbertus, episcopus Carcassone sss. Deusdedit, gratia Dei hac indignus episcopus, omnia suprascripta confirmo. Oliba, sanctae Ausonensis ecclesie episcopus licet indignus, quod iustum est confirmo sss. (Cruz) Amelius, episcopus, hoc confirmo. Ugo, ecclesie Uzetensis. Stephanus, episcopus Atensis. (Cruz) Bernardus, gratia Dei episcopus.

**190**

1117, febrero, 25

*Reconocimiento en escritura pública (capbreu) de los bienes que posee el monasterio de Sant Llorenç del Munt en las tierras del Maresme. En la misma se recuerda que un campo situado en Torredela de Pineda perteneció a Ermesèn, condesa de Barcelona.*

B. Barcelona. ACA, Monacales, carp. 3, perg. nº 232.

Montserrat. AM, *Speculo* (Pineda) nº 2.

Ed. Puig i Ustrell, Pere. *El monestir de Sant Llorenç del Munt...*, Vol. III, documento nº 495.

Hic est breuis rememoratione de ipsum alodium quod Sanctus Laurentius habet in Maritima. In primus ad ipsa Torredela de Pineda unum campum, et a Buadela mansum unum cum sua pertinencia, quem tenet Urucz per precaria, et medietatem de ipsum clos de Buadela cum ipsum ortum quem tenent ipsos milites per feuum, et ipsam medietatem de ipsa planela usque de ipsum fangar erenum et cultum, et medietatem de ipsum campum de Arroter usque de ipsum aragal, et medietatem de ipsa plana qui est ad ipsa riera ad ipsum aragal quem dicunt Ropid simul cum ipsa costa usque de ipsa serra de ipsa Capra. Et afrontat de circi, in terra Sancti Pauli ,et in terra de Pere, et ad ipsa Val de Freder. Et alia pecia qui est subtus ipsa uia qui pergit de Sancti Pauli ad ipsa rotunda super ipsa uia pecia una, et ad Sancti Cipriani de Val Alta in ipsa condamina duas modiatas de uineas ermas. Et ipso campo de Pineda fuit de Ermesendis comitissa, et ipsos alodios de Buadela et de Val Alta fuerunt de Guifre Odger. Et hoc fuit scriptum .XV. kalendas september anno .XXX VII. regni Filipi regis, in presencia Bernardi, monachi Sancti Pauli et Arnallus, prepositus Sancti Laurenci et Remundus Dalmacii et Guillelmus Bernardi et Urucio et Bernardi Ramon et Pere Archimbal et Pere Ramon et Bernardi Berengarii. Et Arnallus scriptoris scripsit.

Guillelmus, monachus, qui istum translatum scripsit sub die .V. kalendas marcii et anno .VIII. regnante Leudouico rege. Viuat in eternum. Guillelmus des Montour.

1127, agosto, 22

*Definición en la que se hace memoria de la relación que existió entre el monasterio de Sant Daniel de Girona y la condesa Ermesèn, figura que inspiró su fundación.*

Girona. ASDG, perg. nº 20.

Ed. Roig i Jalpí, J.G. *Resumen historial*, pp. 387-388.

Ed. Marqués, Josep M<sup>a</sup>. *Colleccio Diplomàtica de Sant Daniel de Girona...*, documento nº 36.

Sit notum cunctis hanc scripturam legentibus quoniam Ermessendis, abbatissa Sancti Danielis una cum sibi congregatione commissa uenit ante dominum Raimundum, comitem Barchinonensem ac marchionem. Prouincie ducem, et conquesta est super Gaucefredo Bernardi ex malefactis et forciis ab eo illatis in honore Sancti Danielis quem Ermessendis, comitissa et filius eius Berengarius prephato monasterio libere et absolute pro remissione peccatorum suorum possidendum deuota et spontaneamente dederunt, scilicet in parroechia Sancti Petri de Montefoliano et de Villablarex et in loco de Villademuc, ad quod respondit Gaucefredus Bernardi quod hec omnia auus eius et pater habuerunt et tenuerunt usque ad diem obitus sui. Auditis a comite utruisque partis querimoniis et responsionibus et perlectis scripturis in quibus continebatur donum prephate Ermessendis et filii eius quas pretendere abbatissa et sui, ex precepto ipsius diiudicatum est a magnatibus sue curie, scilicet Petro, Barchinonensi archileuita et Umberto et Guilielmo Gaufredi de Ciruiano et Petro Raimundi de Villademan, quod si Gaucefredus Bernardi probare posset scripturis aut testibus hec auus eius aut pater habuisse et tenuisse sine querimonia predicte abbatisse Sancti Danielis uiuente Raimundo Berengarii, comite uetulo bone memorie inconcusse de cetero possideret. Auditioque iudicio quia uidit se Gaucefredus in probatione deficere, per presentem difinicionis scripturam diffinit et euacuat ac omnino dimittit domino Deo et abbatisse Sancti Danielis iam dicti cenobii necne sanctimonialibus inibi degentibus in presentia Petri Barchinonensis, archileuite et Umberti et Riemballi ac Berengarii, Gerundensis capitis scole et Guilielmi de Cardona et Otonis de Fornels et Raimundi Renardi de Roca et Berengarii depiferi et Guilielmi Gaufredi de Ciruiano et Petri Raimundi de Vilademan et Guilielmi Raimundi de Gerundella, quod numquam amodo in iam dicto honore uel in omnibus ibi habentibus uel in futuro habituris, tam in hominibus quam in ceteris rebus ipse nec aliquis homo uel femina per eius uocem aut successionem quoquo modo aliquid requirat aut requirere possit. Si autem ipse aut aliquis per eum aliquo modo aut occasione hoc transgressus fuerit et infra .XXX. dies quibus amonitus fuerit ab habitatoribus iam dicti cenobii non redirexerit, posmodum prephato cenobio Sancti Danielis ac sanctimonialibus eiusdem loci malefacta ab eo uel a suis peracta in triplo redirigat.

Acta est hec scriptura diffinicionis uel euacuationis .XI. kalendas septembris, anno .XX.  
regni Leudouici regis. Sig+num Gausefredi Bernardi, qui hanc diffinitionis et euacuationis  
cartam fieri iussi, firmaui firmarie rogaui. Sig+num Raimundi, comes. Sig+num Petri,  
archileuita. Berengarius, Dei gratia Girundensis ecclesie episcopus. Berengarius, caput  
scole atque iudex. Sig+num Petri Raimundi de Villademan. Gausefredus. Bisullunensis,  
archileuita. Sig+num Umberti. Sig+num Riemballi. Sig+num Otonis de Fornels. Sig+num  
Raimundi Renardi de Roca. Sig+num Berengarii Bernardi, dapiferi. Sig+num Guilielmi  
Gaufredi de Ciruiano. Sig+num Guilielmi Raimundi, uicarii.

*Sss* Petrus Martini, diachonus, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

## 192

1180, octubre, 25. Tarragona

*Pleito entre Alfonso II de Aragón, conde de Barcelona y marqués de Provenza, y Pedro Luzán por la posesión de los castillos de Marlés y Lluçà. En el documento se cita a la condesa Ermesèn como antigua señora de éstos.*

Barcelona. ACA, Cancillería, pergs. Alfonso I, carp. 48, nº 302.

Ed. Miquel Rosell, Francisco. *Liber Feudorum Maior*. Vol. I, documento nº 225.

Ed. Sánchez Casabón, Ana I. *Alfonso II rey de Aragón, Conde de Barcelona y Marqués de Provenza*. Documentos (1162-1196). Ed. Institución <<Fernando el Católico>>, Fuentes Históricas Aragonesas, nº 23, CSIC, Zaragoza, 1995, pp. 422-423.

